



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Clavdii Espencei Theologi Parisiensis De Evcharistia, Eivsque Adoratione, Libri Qvinque

Espence, Claude d'

Parisiis, 1573

Liber Quartvs De Priscis Cvltvs Evcharistici aduersariis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30397



CLAV. ESPENCEI
DE EUCHARISTIÆ CVLTV,
LIBER QVARTVS.

De priscis huius cultus aduersariis Gentilia.

CAPVT I.



Vperiores libri testibus Eucharistiæ adorationis, & Catholicis eiusdem seruerūt adoratoribus: tertius hic Catholicus cultus huius aduersariis destinatus est, iisdem nimirum, qui & Catholicæ fidei aduersari sunt, Paganis vtpote, Iudæis, hæreticis, schismaticis, & omne genus infidelibus, vt sciant hodierni nouatores magis quam reformatores, quos patres habeant, & quos sequantur autores, dum Eucharistiæ adorationem traducunt, vt idololatricam. Vt à Gentilibus ordiar. Et si constat orthodoxos patres dedita opera noluisse quibusuis, sine pro concione, siue scriptis publicè editis, cum alia fidei nostræ mysteria, tum hoc sanctum preciosumque præsentia & communionis Christi in Eucharistia margaritum exponere, ac velut canibus & porcis proiicere. Apparet tamen Gentiles id omni ex parte latere non potuisse, sed sit vt, quod ait ille, nec intelligendo non intellexerint. Hinc illa nimirum de Infanticidio, & cænis Thyestæis in primos Christi fideles Gentilium suspicio atque calumnia, mentientium nostrates iugulati infantis sanguine panem, quem Eucharistiam vocarent, intingere, & sic vesci. Hoc enim

Matth. 7.

ex tribus criminibus rumore publico impositis alterum *In Apolog.*
 erat. De quibus Athenagoras Atheniensis Philosophus
 christianus. Si hæc aiebat, vera sunt, nulli parcite generi,
 vnà cum coniugibus & liberis nos occidite, & radicibus
 extirpate: siquidem mortalium quisquam ad instar fe-
 raturum viuit. Et ad vxorem Tertullianus. Quis ad conui- *Lib. 2.*
 uuium dominicum illud, quod infamant, sine sua suspi-
 cione dimittet? Et eodem spectans ad scapulam. Chri-
 stianam sectam crudelem (propter hoc scilicet infanticid-
 ium) tanto tempore nemo probauit. Passim vero in A- *Cap. 2. 4. 5e*
 pologia, inter falso de nostris iactata. Quot quisque iam *7. 9.*
 infanticidia degustasset. O quanta eius praesidis gloria, si
 quem inuenisset, qui centum iam infantes comedisset.
 Et, infanticida sum, cur non extorquent? Et, dicimur sce-
 leratissimi, de sacramento infanticidij, & pabulo crudæ,
 dicimur tamen semper, nec vos, quod tandiu dicimur, e-
 ruere curatis. Et, veni, demerge ferrum in infantem, nul-
 lius inimicum, nullius reum, excipe rudem sanguinem,
 eo panem tuum satia, vescere libenter. Nec ita post sub-
 iicit ironica quidem more quidem suo, sed adeo tetra, vt
 nihil ea sit opus repetere. Sic item criminabatur nos Cæ- *Arnobius*
 cilius. De iniuriandis tirunculis fabula tam detestanda *lib. 8. cōtra*
 quam nota est, infans farre contactus, vt decipiat incau- *Gentes, vel.*
 ros, apponitur ei qui sacris imbuatur, à tirunculo farris *Minutij O-*
 superficie quasi ad innoxios ictus prouocato, cæcis ocul- *ctauus.*
 tisque vulneribus occiditur: huius (proh nephas) sitienter
 sanguinem lambunt, certatim membra disperunt, hac
 federantur hostia, hac conscientia sceleris ad mutuum
 silentium pignorantur, hæc sacra sacrilegiis omnibus te-
 triora. Cui respondens Octavius. Illum, ait, iam velim
 conuenire, qui initiari nos credit de cæde infantis & san-
 guine, Putas posse fieri, vt tam molle, tam paruulum cor-
 pus fata vulnerum capiat: vt quisquam illum rudem san-
 guinem nouelli & vix dum hominis cædat, fundat, ex-
 hauriat? Nemo hoc potest credere, nisi qui possit aude-
 re, &c. Et rectè hac retorquet in gentilium humanas ho- *Euseb. lib.*
 stias, & cruenta spectacula. Eiusdem infamiae falsitatem *4. ca. 8. lib.*
 legere est in historia Ecclesiastica. Et in epistola præser- *5. c. 1. 3. et:*
 tim Martirum Gallorū Viennæ & Lugduni ad Asianos. *ris editionis.*

- Niceph. li. 4. cap. 17.* De Sanctis item Blandina seu Blandilla. Bibliade & Atalio martyribus. Quorum vox inter tormenta erat, multum Christianos abesse ut infantes vorarent, cum & à carniū plerique esu absterent, à sanguinis adhuc gustu omnes. Homicidium autem nec videre fas illis esset, hominis quamvis merito damnati, ut est apud eosdem, &
- Lib. 6. c. 20* ubi supra, Athenagoram, Minutium, Tertullianum de spectaculis, Theophilum contra Antolycum. Lactantius de vero cultu. Quæ tragica suspicio sub tempore Traiani cepta, ad Constantini usque tempora perduravit, augmentibus eam non nostris, sed qui à nobis exterrant, nec Christianis, sed Christianos esse se mentientibus hæreticis omnium bipedum & quadrupedum crudelissimis pariter & impurissimis. Inter quos Gnostici ita falso appellati, iidem Borboriani, Phryges item siue Cataphryges, aut Phrygastæ, & Montanistæ, Quintilianique quoque, Pepusiani, & Priscilliani, & si qui alij, hominum monstra magis quam homines, abominandas suas synaxes humanarum carniū esu polluebant, infantibus ad hæc detestanda sacrificia, qualiter primum genitum, tum etiam cuiusmodi ritu apparatus, sumptus & consumptis, turpe esset & dicere, quo utinam Pauli dicto veteres hæreticorum catalogismi fuissent contenti, etiam si protestantur interim ac præstantur non ausos totum proloqui, ut mirum sit nunc non deesse tamen qui his plus audeant, & auribus ac oculis laicorum, puero- rum etiam ac mulierularum, hæc plusquam ethnica, Cyclopica, Sotadica, & diabolica effutiant atque profituant. Ad gentiles igitur, ut hæreticis dilatis non omissis redeamus. Abierit licet cum tempore tam crassa falsaque eorum de maioribus nostris hæc in re suspicio, nihilo certe minus suspicax, in his remansit animus de Christi in his mysteriis præsentia, & proinde adoratione, Christianis persuasa atque usitata. Quid enim aliud sibi volebat sic aliquammultò post Maximus Madaurensium Idololatrarum, Grammaticus ad D. Augustinum scribens? Illud quæso, vir sapientissimè, ut remoto ac exploso facundia robore, qua cunctis clarus es, ommissis etiam quibus pugnare solebas, Chrysippeis argumen-
- Irenæus paf- sim Epiph. contra hereses. 26. 48. 49. Philastrius. Aug. Theodoret. Damasc. in cathalogis. Eph. 5.*
- Epist. 43. August. quæ- tus rhetor et dialecticus.*

tis, postposita paululum dialectica, quæ nemorum suorum
 luctamine nihil certi cuiquam relinquere nititur, ipsa re approbes,
 quis sit iste Deus, quem vobis Christiani, quasi proprium vendicatis,
 & in locis abditis præsentem vos videre componitis. Nos etenim
 deos nostros luce palam ante oculos atque aures omnium mortalium
 piis precibus adoramus, & per suaues hostias propitios nobis
 efficimus, & à cunctis hæc cerni & probari contendimus. *Epist. 44.*
 Quid ad ea noster Augustinus? nihil certe quidem dilucide,
 Nam quod ad finem epistolæ respondet, à Christianis catholicis
 nullum coli mortuorum, nihil denique ut numen adorari, à Deo
 factum & conditum, sed vnum ipsum Deum, qui fecit & condidit
 omnia, responsum est ad sacrilegum. Maximi conuiuium, impru-
 denter indignans mortuos ut putabat. homines, ut Martyres,
 ad eorum sepulchra, pro diis relictis, à nostratibus coli. Sed si
 Augustinus Deum. Christum haud dubiè, Christianis suis in his
 sacris, in locis abditis, quod in eo oppidò constituta
 Christianorum Ecclesia clam gentilibus sua sacra perageret,
 adesse, præsentemque esse, colique, quod obiectum erat
 ab aduersario, non sentiebat, nec credebat, cur non &
 negabat? Certè qui tacet consentire videtur, ut iuris
 habet regula, & item altera, is qui tacet non fatetur,
 sed nec utique negare videtur. *In VI eo titulo. ca. 43. Et 44.*
 Nam igitur obiectum à Maximo Impio pius negat Augustinus,
 sed non vult hoc idololatræ pro tempore manifestare
 mysterium, de quo & multò antè Plinius, eadem de causa,
 hoc est, celantibus eum eius mysterij altitudinem,
 quos apprehendebat, Christianis, non alius eos de
 Eucharistia sentire putauit, quam quod ad capiendum
 cibum, promiscuum tamen & innoxium conuenirent,
 & carmen Christo quasi Deo secum dicerent, & cætera. *Lib. X. ep. ad Traian.*

Iudaica.

CAPVT II.



E Iudaica cultus huius impugnatione nihil in Ecclesia veteri legisse memini. Verum ante annos plus minus 250. Nicolaus Lyranus, qui floruit circiter annum Domini 1320. inter alia Iudæos à Christi fide auertentia, tertio loco recenset, eorum quæ credenda nobis proponuntur, difficultatem & altitudinem, quæ nullo modo capere possunt: vt diuina Trinitas, Filij incarnatio, & Eucharistiæ sacramentum. In quorum vti duobus reputant nos tres deos adorare, ita in postremo pro pessimis habent idololatrias. Quod experti norunt, qui frequenter de huiusmodi cum illis contulerunt. Et Iudæo cuidam Euangelij iuxta Matthæum impugnatori sic respondet, Quod arguitur vltra de adoratione Eucharistiæ, quasi ibi sit Idololatria, Dicendum quod non est verum, Non enim adoratur panis, quia ibi non est: non adorantur visibiles panis species, tanquam Deus, sed ipse Christus sub iis speciebus existens inuisibiliter. Sub iis enim speciebus Christi esse corpus vi cõsecrationis, animam autem & diuinitatem ex comitantia reali ac inseparabili, & per consequens totum Christum verum Deum, non tantum hominẽ, Latria haud dubiè adorandum, & sic ibi non est idololatria. Similiter habetur quodammodò, vbi dicitur Dominus apparuisse Moyse in flamma ignis de medio rubi, vbi nec dubiũ, quin Moyse adorauerit Dominum ei dicentem, Solue calciamenta, terra sancta est. Neque verò vel ignem vel flammam adorauit tanquam Deum, vt quod sciret impossibile, nedũ falsum, esse, sed adorauit Deum inuisibilem sub similitudine visibili apparentem. Et idem dicendũ de diuinis apparitionibus ad alios patres olim factis. Hic verè cultus prædictus fuit in psalmo, Deus iudiciũ regi da, & iustitiã tuam filio regis. Quem psalmum antiqui Hebræorũ doctores de rege Messia seu Christo exponunt. In processu cuius vbi dicitur, Erit firmamentũ in terra in summis mōtium, habet Hebraica litera, Erit placeta tritici in terra in capite mōtium. Hieronymi iuxta Hebraicum translatio, Erit memoriale nomen triticum in terra in capite montium. Chaldaica, Erit oblatio frumeti in terra. Vt ex his tribus

Tritem.

Exod. 3.

*Psal. 71.
Elevatio
Sacramenti*

versionibus Lyrano videatur corrupta nostra litera per scriptores ponentes, firmamentū, pro frumentū, ex similitudine dictionū. Pater ergo de rege Messia prædictum, fore frumentū seu oblationē in terra in summis, siue capite montium. Quod in Eucharistiæ sacramento implementum est, in quo Christus sub specie panis triticei continetur, & super capita sacerdotum, qui propter statum altitudinem montes nominantur, eleuatur, ut à populo adoretur qui grano frumenti se comparat. Ex quibus patet, quod Eucharistiam adorare, sanctum sit ac venerabile, non verò derisibile. Ad eundē psalmi versum Burgenfis addit, eò loci ubi dicitur, frumentum, supponi dictionem, picar, quæ non significat abundantiam, sed placentem potius seu placentulam frumenti. Et sic vera translatio secundum hebraicam veritatem, hoc loco talis est, Erit placenta, seu placentula frumenti. Quod propriè applicatur Eucharistiæ sacramento, in quo sub specie placentulæ frumenti, verū Christi corpus continetur. Et cū hoc concordat Chaldaica, in qua, ubi dicimus in summis montium, dicitur, in capitibus sacerdotū. Sed & sua lingua, hoc est, hebræa, & ex hebræorū rabinis, si quis fontes modò, quā riuulos nostros mauult, tractat Petrus Galatinus, in opere quod inscripsit de arcanis catholicæ veritatis. R. Bera-chias in nomine R. Issac dixit, Sicut fuit redemptor primus Moses, ita erit & vltimus, Messias: nam ut illè fecit descendere Manna, ita hic erit placenta frumenti in terra, ut clarius R. Akilas, siue R. Ioseph cæcus, chaldæus interpres, quæ hebræi nunc habent in manibus, Erit substantificus panis in terra in capite montiū, ut clarissimè, & ad rem nostram appositissimè. R. Jonathan ben vziel, Et erit sacrificiū panis in terra in capite montiū Ecclesiæ. Et exponit, Videat qui habet oculos, quod cū ait hoc de messia, de quo totus hic psalmus loquitur, vult dicere quod placenta panis fiet sacrificiū in capitibus sacerdotū, qui sunt in Ecclesia, Hæc ibi. Quæ satis esse reor cōtra Iudæorumq; fautores. Quid enim rectius in præmissa Ionathæ Targū versione designatur, quàm Ecclesiæ sacerdotes? In quibus hæc scriptura tūc certè impletur ac verificatur, cū Christi corpus super capita sua eleuāt. Neq; verò mirādū

*Corrupta
non est, sed
est versio
iuxta LXX.*

Ioan. 12.

Lib. 10. c. 4

Exod. 16.

Congressu.
2. par. 45.
¶ 46.

Lib. 3. consi-
deratione 4.
Argento
24. et 14.
1. Reg. 2.

Lib. 8. cōtra
opposition.
Iudeor. ca.
4. 20. 25.

de antiquis Iudæorū sapientibus, qui quomodo dictum est, versum hunc exponētes, Messiam placentam frumenti, vel frustum panis futurum fuisse dixerunt. Quid enim melius dicere potuissent, quibus nondum rei veritas plene reuelata fuerat? Laudauit & huius textus lectores, & in hunc sensum intellectores R. D. Roffensis, de sacerdotij defensione contra Lutherū. Rabbi Iohai, qui Christum diu antè cessit, qui & hinc probauit sacrificium panis nunquam Messix tempore defecturum, & alios hebræorum magistros R. Kimhi & R. Selomo Hinc etiam Messix sacrificium in placentam frumenti futuram affirmantes, consonante illis trāslatione Chaldaica, Erit Corban, id est, sacrificium frumenti in terra in capite montium Ecclesiæ. Quibus verbis satis apertè significetur is sacrificandi modus, quem hodie sacerdotes in vsu habent, leuantes Eucharistiam supra capita sua. Nam Ecclesiæ montes nihil aptius exprimunt, quam Ecclesiarum presbyteros. Eadē renarrat autor operis, cui titulus, Fortalitium fidei, non dissimulans ex Lyrano sumpto. Sed addit, Vbi legimus alibi, in oraculo nempe contra Heli, eiusque posteros edito, sic, Futurum, vt quisquis remanserit in domo tua, veniat vt oretur pro eo, & offerat nummum argenteum, & tortam panis, dicatque, dimitte me obsecro, ad vnam partem sacerdotalem, vt comedam bucellam, vbi inquam, ita textus noster habet, literam hebraicam, sicut habuit à quodam perito conuerso de Iudaismo, reuelante illi hoc secretum, sic habere, suscitabo mihi sacerdotem fidelem, sicut cor meum, & voluntatem meam faciet. Et venient ad adorandum me in domo mea, in calice argenti, & in placentula panis, & dicent, Coniuge me nunc vni horum sacerdotum ad comedendum placentulam panis. Nam vbi nos habemus, nummum argenteum, hebræi habent, agorath que Seph, quod sonat in calice argentei, & torta panis, quæ clarè patet impleta in aduentu Christi, eiusque sacerdotum. Repetit superiora de psalmi versiculo, eadem & ex eisdem, flagellum in Iudæos, autore Fino Hadriano, nihil admodum addens, Et cultum non alium quàm Patriæ huic sacramento cōuenientem ac debitum, propter Christi minium in eo

contenti diuinitatem inseparabiliter unitam, probat au-
 toritate prophetæ dicētis Cognoscetur Dominus, & co-
 noscēt eū in die illa, & colent eū in hostiis & muneribus,
 vota ei uocabunt, & soluent, &c. Hæc illi cōtra Iudæos *Esa. 19.*
 in Christianorum causa, ex Iudæis non modò conuersis,
 sed etiam Christianismo tum anterioribus, tum postero-
 ribus. Vt ad hunc ergo Iudæum, aut etiam Iudæos reuer-
 tar, siquidem illis displicet nostra Eucharistiæ ad cultum
 eleuatio, meminisse possunt, prout atque debent, eiusmodi
 ritus, quæ in populo suo veteri Dominus Deus insti-
 tuerat. Symbola, Termuati & Teruphah, id est, sacrorum
 dono: nm eleuationis & ventilationis in quatuor partes
 mundi. Vt adnotat idem Lyra, ad id Mosaicum de victi-
 ma pacifica, Tenebit sacerdos manibus adipem hostiæ,
 Supponebant, ait, sacerdotes manus suas manibus offe- *Eleuatio &*
 rentium, & sic superpositum eleuabatur cœlum versus, *ventilatio*
 post retrahebatur terram versus, post ad quatuor partes *sacriticiorum*
 orbis, ad deuotandum quòd offerebatur Cœli, terræ, & *veterum.*
 orbis Domino. Postremò sacerdos id de manu offeren- *Leuit. 7.*
 tis accipiens, cremabat super altare. Et ad id, Adipes bo-
 nis, &c. posuerunt super pectora. Ad hoc, inquit, ut cum *9.*
 pectoribus eleuarentur coram altari modo prædicto, &
 post talem eleuationem, quæ cremanda erant, posita su-
 per altare cremarentur. Vbi sequitur, Aaron eleuans co-
 ram Domino, sicut præceperat Moyses. Et alibi passim, *8.*
 Tulitque pectusculum eleuans coram Domino, Armum, *10.*
 pectus, & adipes, qui cremantur in altari, eleuauerunt co-
 ram Domino. Eleuabit fasciculum coram Domino, ut ac-
 ceptabilis sit pro vobis: Cum eleuauerit eos (hircum pro
 peccato, duosque agnos anniculos hostias pacificorum) *23.*
 sacerdos cum panibus primitiarum coram Domino. Tol-
 let sacerdos de manu eius (mulieris) sacrificium zeloty-
 piæ, & eleuabit illud coram Domino, imponetque super
 altare. Et de Nazaræorum sacrificiis, suscepra rursum ab
 eis eleuabit in conspectu Domini, & sanctificata sacer- *Numer. 5.*
 dotis erunt. Et de Leuitis, Purificati sunt, & lauerunt ve- *6.*
 stimenta sua: eleuauitque eos Aaron in conspectu Domi *8.*
 ni, & orauit pro eis Et de ritu consecrâdi sacerdotes, of-
 ferendique pro eis, Pones omnia super manes Aaron, &c. *Exod. 29.*

- Lyr.* filiorū eius, sanctificabisque eos eleuās coram Domino. Sumes quoque pectusculū de ariete, quo initiatus est Aaron, sanctificabisque illud eleuatum corā Domino. Quo loci vbi legimus, Sanctificabis, in hebræo habetur Vētilabis. Quæ vētilatio, vt ait Ra. Sal. fiebat hoc modo, Moyses supponebat manus suas manibus Aarō & filiorū eius tenentiū prædicta! eleuās primò sursum, post deorsum retrahens, dein deducēs versus Orientē & Occidentem, ad Aquilonē, & Meridiē, ad designandū ea offerri Domino qui cælo, terre, & quatuor orbis partib⁹ dominatur. Quæ diductio etiā seu vētilatio, in modū crucis fieri solita, figurabat Messiā futurā, & in cruce pro mundi salute offerendū. Est & alia tū literalis, tū mystica ratio eleuationis
- Fagius.* Thrumah sursum & deorsum, quasi dicas, exaltationis, & Thenuphah, vētilationis, seu antrorsum, retrorsum, dextrorsum & sinistrorsum agitationis. Sed nihil ad rē Elatio ergo in altū corporis venerādi, nobis & Græcis Christianis cōmunis, vt autor est Germanus Cōstantinopolitanus Archiepiscopus in Rerū Ecclesiasticarū Thorria, re præsentat crucis elationē, & mortē Christi in ea, sed & ipsam resurrectionē. Quòd itē subleuet sacerdos diuinum panem, & signū crucis ter faciat in aère cū venerabili & viuifico pane, id innuit, Vna quidē crux quæ sursum designatur, sanctificatū supernū atherē monstrat: aère media infima, quæ supra & propè discū terrā: in qua viuificū illud Christi corpus sepultum est. Quòd autē subleuet diuinū panem solū, id est quia ipse Rex est, Dominus, & caput, alia autē veneranda dona, mēbra sunt Christi, & corpus Christi (mysticū scilicet, id est, eorū sunt, qui venerandi corporis Christi Dei mēbra sunt, aut etiā ea repræsentāt) Ille enim solus est, in quo figuratur & mōstratur diuina & viuifica passio eius, qui est immolatus pro mūdi vita, quandoquidem solus diuinus panis mactatur, & vt agnus immolatur: alia verò diuina dona lancea non dissectantur, Lancea in crucis modum adhibita, sed vt membra & partes corporis particulatim diuiduntur & mactantur.
- Eleuatio quid designat.*
- Crucis signacula.*
- Non excludit sanguinem, aut alteram speciem, sed alia populi dona.*
- Lancea in sacris Græcor.*
- Igitur panis ille diuinus sanctificatione participans, cōmunicat & aliis preciosis donis: similiter & calici sanctificationem & gratiam. Post eleuationem statim partitio

diuini corporis fit, &c. Hæc ille ad verbū paulò licet ob-
 scurius, nō obscure mysticorum donorum eleuationē ad
 cultum, & à laicis donis differentiā innuens. Hæc enim
 sicut non vt illa celebrantur, ita nec eleuabantur, quando
 illa post cōsecrationem eleuare erat cōsecrata ante sum-
 ptionē adoranda proponere, vt quā in eo Missæ articulo
 eleuationē nos appellamus, Græci in Liturgiis suis vocēt
 ἕψωσις. In Chrysostomiana sub finem sacerdos eleuans
 sanctū panem, dicit, sancta sanctis: Chorus. Vnus sanctus
 vnus Dominus Iesus Christus in gloria Dei Patris. Sacer-
 dos autē eleuat panem, dicēs, super cœlos Deus, & super
 omnē terram gloria eius. Et sacerdos ostendit calicē po-
 pulo, dicens, Cum timore Dei, fide, ac dilectione accedi-
 te: Chorus, Benedictus qui venit in nomine Domini. Sa-
 cerdos, Benedictus Deus noster, nunc & semper, & in se-
 cula seculorum, Amen. Et in ipsa D. Iacobi Missa, sacer-
 dos post consecrationē attollens siue eleuans donum, a-
 pud se dicit, sancte Domine sanctifica nos, &c. Quin &
 in Missa, qua Æthiopes communiter vtuntur, quæ etiam
 Canon vniuersalis appellatur, ex lingua Chaldæa siue
 Æthiopica in latinā nuper cōuersa, sacerdos eleuans sa-
 cramentū, dicit alta voce ter, Domine Iesuchriste miserere
 nostri. Quæ populi verba reiterant. Addit, Oremus, Qui
 estis pœnitētes, humiliate capita vestra, surgite ad adorā-
 dū, hoc est corpus sanctū, honoratū, & vitale Domini &
 seruatoris Iesu Christi, quod datū est in remissionem pec-
 catorū, & ad vitam æternā consequendā verè sumētibus
 ipsum, Amē. Hic est sanguis Domini & seruatoris nostri
 Iesu Christi, sanctus, honoratus, ac viuificās, qui datus est
 in remissionē peccatorū, & ad vitam æternā cōsequendā
 verè sumētibus ipsum. Amen. Verè hoc est corpus, & hic
 est sanguis Emanuel Dei nostri, amē. Credo, credo, credo
 ex nūc & vsq; in seculū, amē. Hoc est corpus, & hic est sā-
 guis Domini & seruatoris nostri Iesuchristi, quod & quē
 assūpsit ex Domina nostra, sancta & immaculata virgine
 Maria, & vniuit cū diuinitate, sine mixtione aut copula
 naturali, sine separatione aut permutatione diuinitatis.
 Credo, credo, credo quòd diuinitas nō sit separata ab hu-
 manitate, neq; perictū oculi. Hęc eius sūt

*Hypsosis.**Canon vni-
uersalis.**Verè.*

*Adoratio
uis causa
inseparabi-
lis ab huma-
nitate diu-
nitas.
Adorantiū
gestus alius
alijs.*

*Corpus ve-
rum.
Sanguis
verus.*

*Panis bene-
dictus.*

qui dignus est honore, gloria, & reuerentia. Hic sacerdos sumit corpus & sanguinem, & postea communicat ex eadem hostia ministris sacrificij, & dum ministratur populo sacramentum, psallunt docti aliqua carmina in honorem sacramenti, &c. Habes Æthiopum Christi fidelium primū quidem de corporis & sanguinis Domini in hoc sacramento præsentiā fidem (vt de qua non contenti sint semel dicere, Credo, nisi eam se credere toties repetant) deinde adorationem. Tertiō adorationis causam nempe Deitatem ab humanitate, ab hoc Domini corpore & sanguine inseparatam. Postremō cleri plebisque cōmunionem. Quōd autem hæc adoraturi surgant, nihil hic refert, stantes enim vt iacentes, & erecti vt prostrati, supini vt proni adorare possumus, pro locorum nimirū & temporum ratione, fuit ideis cum reliquo Christianismo cōmune in Ecclesia veteri, toto p̄tercolles tempore. Nam ne hæc quidē eleuatio, vt adoratio, vniuersalis est, cum in ordine. Liturgiæ celebrandæ in regno Præstæ Ioannis, sacerdos neque, vt loquuntur, librum sacri, neque calicem subleuet, vt obseruat in Liturgicis Cassander ex opere Lusitanico, & postea Italico Francisci Aluares. Armeniorum contra sacerdos præparationem ostendit populo, cōsecrat & silenter inclinatus orat, & delecto calice ac hostia, inquit, vt sanctificaretur iste panis, verum corpus Christi saluatoris Domini nostri, idque ter dicit. Et super calicem, sanguis verus est Domini nostri Iesu Christi, vt foret omnibus accedentibus non in iudicium, sed in saluationem & remissionem peccatorum, Respondet Chorus, Amen. Et post aliquot preces, memorias & inuocationes, Totus populus cum clero aperto capite orat, Pater noster. Sacerdos fracta hostia communicando dicit, fide manduco sanctum, viuificans, saluificans corpus tuum Domine, &c. Fide bibo sanctū sanguinem tuum Domine, &c. Et conuersus ad plebem cum sacramento, dicit. Cum timore ac tremore accedite. Datur autem panis benedictus nō cōmunicantibus, ne hunc for è cultum sacris populo ostensis aperto capite orandi, & sic adorandi, ad solos communicantes restringas. Hanc autem sacrorum eleuationem penè vtique solitam
rece.

ptamque Hildebertus Cenomanensis Episcopus ante annos plus minus quingentos, metro non ineleganti, quod Lutetiae impressum, De Concordia veteris ac noui sacrificij, Antuerpiæ bis, De mysterio seu officio Missæ inscribitur, sic extulit.

*Hoc sanè totum verbis confertur in illis,
Quæ subdit sacrificex non sua, sed Domini.*

Quippe recensurus quæ protulit ipse vel egit,

Cùm cœnans idem cœna beata fuit,

Præmittit dicens, Qui pridie quàm pateretur,

Accepit panem, quem benedixit idem.

Panis in hoc verbo, sed adhuc communis, ab ara

sumitur, ac sumptum tollit utrâque manu.

Presbyter hanc idem, cùm peruenit ad benedixit,

Imprimit elato mystica signa crucis,

Nec prius in mensa dimittit, quàm tua Christe.

Verba representans, explicet ista super,

Vel, mensam.

Hinc leuat & calicem, signatque, nec antè reponit,

Quàm super auctoris verba retractet, ita

si qua fides patribus, quos vita beata perennat,

Esca fit hîc anima, quæ modo carnis erat.

Hoc, quod.

His verbis utrûnque nouas acquirere vires,

Maiorèsq; suis scripta probata docent.

Sub cruce, sub verbo natura nouatur, & aram

Panis honorificat carne, cruore calix.

Presbyter idcirco cùm verba venitur ad illa,

In quibus altari gratia tanta datur,

Tollit utrûnque, notans quòd sit communibus escis

Altius, & quiddam maius utrûnque gerat.

Altior, vterque.

Quæque parens animæ carnis formata parauit,

Omnia sacratis inferiora cibis.

Ex quibus versiculis constat signa bis ab altari subleuari.

Rationale diuinorum officiorum, lib. 4. cap. 4. par. 41. 52. 46. 22. 47. 8.

ac semel quidē vt sacrētur, ac iterum vt sacrata circumstā-
 tibz ostententur, vt populus consecrationem nō prae-
 niens, sed factam esse inde cognoscēs, & Christum super
 altare venisse siue adesse, reuerenter in terram prostratus
 & gemiculatus, corde illū & ore, ac toto euiā adoret cor-
 pore, vt hac, inquam, astantes eleuatione sacra videntes
 mysteria, petant quod ad salutem proficit, commonesciāt
 non aliud esse sacrificium dignius, imō esse super omnes
 hanc hostias, Christum verū esse panem per prophetas in
 scripturis exaltatū, cū venturum prophetabant. Sed vt
 hīc alij alia ratiocinentur, hęc Eucharistiæ vtraque sacer-
 dotum manu ob maiorem tum reuerētiā, tum securita-
 tem, super capita exaltatio, omniū Christi mysteriorum
 maximē videtur eius in crucē exaltationē, & sic nostrum
 omnium ad eum ipsum attractionem designare, vt nos
 cū hoc toto sacro, tum illo præcipuē sacri huius articu-
 lo, mortis Domini, iuxta eius præceptum, memores, ob
 oculos tū spiritus, tū etiam, quoad eius fieri potest, corpo-
 ris, Christū in crucem tunc exaltatum, & omnia ad se tra-
 hentē, proponamus, & nunc in hoc altaris sacrificio præ-
 sentem, & vt cū ex aliis patribz, tum ex Chrysostomo
 antē audiuius, nobis in his mysteriis apparentē, seque
 velut ingerentē atque ostēdentē, adoremus. Irrident iudē
 Iudæi, & Iudaizātes Christiani (si modō Christiani) Ca-
 tholicos, sub vtriusque speciei eleuationē ad cultus com-
 monescationē, squillam pulsare, sic enim liber, vbi paulō
 antē, auctori *περὸν πορ*, vulgo Rationale diuinorum officio-
 rum inscriptus, vocat campanulariū ea sacri hora pulsari
 alicubi suetum, cuius vocabuli in hoc certē sensu rationē
 me latere agnosco, & cur ex siue radice, siue bulbo, siue
 fructu, ac etiā pisce fecerit hoc, vt ego quoque sic loquar,
 tintinabulare, aut vnicum etiā tintinabulum, siue cāpa-
 nulam pulsari quoque solitam, ea de causa, cū hoc vi-
 uificū viaticum defertur ad infirmos. Meminerint iudem
 suos olim Leuitas sacrificij tempore tubis argenteis clan-
 gere solitos, quarū sonitu populus præmonitus, foret ad
 adorandum Dominum paratior. Quarū multus siquē-
 que fuit eis vsus inter sacra coram arca fœderis Domini,
 passim in Paralipomenis obuius, ex Dauidis instituto, iux

Ioan. 3. 8.

12.

Luc. 22.

1. Cor. 11.

*Squille in
sacris pul-
sus* lib. 4.

cap. 51. par.

53.

*Tuba argē-
tea in lege.*

Leuit. 23.

Num. 29.

1. Par. 13.

15. 16.

2. Par. 5. 7.

15. 20. 23.

29. 1. Esd. 3.

Psal. 80.

97. 150.

ra quod successor eius. piusq; rex Ezechias iussit ut offerrentur holocausta, & tum inceperint laudes cauere, clangere tubis, & diuersis organis concrepare. Omni autē turba adorāte, cantores & tubicines erant in officio, donec holocaustū compleretur: cumque finita esset oblatio, incarnatus est Rex, & omnes qui erāt cū eo, & adorauerūt. Tantumnē igitur pōparum solemnium coram figura, nec tātillum quidem talium coram veritate? De usu enim loquor hīc, non de luxu aut abusu. Absit verò luxus, sed & sordes absint, de quibus adhuc postea.

Vt ergo in arca quondā reducenda, populū Israēl, iubilō, buccinā sonitu, tubarū clangore, nablīs, cymbalīs, citharis, & id genus musicis organīs concrepantem, ipsum quoque Dauid indutū stola byssina & Ephod lineo percutientē in organīs armigatis, saltantem, & totis ante Dominum viribus subsilientem virū etiam suū, Michol filia Saulis despexit, quā gloriofus, inquiens, fuit hodie Rex Israēl, disco operiēs se ante ancillas seruorū suorū, quasi si nudetur vnus de scurris. Utque Iudas Scarioth proditor piā sanctæ mulieris in Christum deuotionem, & preciosi unguenti super Domini pedes & caput effusionem haud æquis oculis aspexit, perditionē esse ratus, & melius id vānitate, & pauperibus impēdi falsō causatus: Horum, inquā, Michol atque Iudæ instar ac exēplo, moderni Nouatores magis quā reformatores, faces radiātes, nolas tinnietes, sacerdotū comptum, tēplorum ornatum, vasa atque signa argētea, aurea, gēmea, thymiamata, hymnos, tabellas, genuflexiones, adorationes, & id genus ceremonias honorificas, ac celebres apparatus, taliāque nō quidem absolute simpliciterque, satis præsertim in fide robustis necessaria, sed per Ecclesiā, vt infirmæ plebeculæ animos frigentes, torpētes aut tepentes, rudemque tarditatē ad ampliorem deuotionis alacritatē hæc ceu incērina erigāt accēdant, & excitēt, ordinata, vt immodicū fastū luxūque superfluum cauillātur & calūniantur, nos vt nō laudamus, aut etiā de fēdēdū excusandūq; suscepimus si quid eius celebritas occasione perperā agitur, vel vtilius prætermittitur (nihil eū tam bonū, piū, aut sanctū, vt eo nemo possit abuti) ita nō dubitamus Christi in Eucharistia præsentia plus multo,

N ij

*Ecclesi. 50.
Ioel. 2.*

*1. Reg. 6.
1. Par. 13.
Michol Dauidem irridans.*

*Matt. 26.
Marc. 14.
Ioan. 12.
Iudæ Mariam incensans.
Ex Ioan.
Roffen. contra Oeco- lampad.
lib. 1. ca. 20
22. Et lib. 3. cap 5.*

deuotionis aut solennitatum exigere, quàm ei possit uniuersum hominũ genus erigere, easque simul omnes, quibus hinc uimur, tantæ Domini dignationi longè esse impares. Quid enim tũ Dauid? Ante Dominũ (Dei arcã) uilis, ait, humilisque siã plus quàm factus sum, in oculis quidẽ meis, sed cũ ancillis gloriosior apparebo. Quid Christus ipse non ignorabat complures tũ esse pauperes ac mendicos, Mariæ tamen affectũ tantũ abest ut prohibuerit, ut Iudæ, condiscipulorũ que huius exemplo murmuratium pro ea, mordacitatem, indignationemque increparet: nos in illa instituens, nullo nõ se honore prosequi, & in illis, pauperes in angustia subleuare, non relinquere. Audiant, exclamat hoc loco græcus quidam pater, audiant, inquã, cuius partis sint, & confundantur, qui pauperũ curã Christi cultui præferunt, quique eorũ prætextu ex sacrilegiis eleemosynã faciunt, sacrũ Christi corpus & sanguinẽ preciosum discis & poculis preciosioribus ablati, in uilioribus reponẽtes, Audiui enim ego dicẽtes aurifabros, siquidẽ ego vas disiectũ dem pauperibus, ego uiuã, neque cõdemnabor. Non est idẽ pauperum misereri, & Christum ipsum honorare. Christi autem corpus propriè quod in disco, & sanguis qui in poculo. Consilio quidẽ si quis indignerit, consule pauperibus dari, at Domino ipsi offerẽtem indignum est auersari, alacritatẽ eius frangere, deuotionẽ abducere, ne dicam cauillari aut calũniari. Hæc ille ante annos plus minus 800. Isti ergo moderni Micholita, Ecclesiæ matris suæ, ut illa uiri quondã sui, irrisores & subsannatores, quasi sterilitate percussi (non enim natus fuit ei filius usque in diẽ mortis suæ, ait Dia Regũ historia) ultra non proficiẽt, profecerint minus licet, sed in peius: insipientia enim illorum manifesta erit omnibus, sicut & Micholis fuit insania. Isti Ischariotæ, non minus utique quàm ille fures, proditores, sacrilegi aliquando tantum rumpentur, crepabunt inuidia, nimirum non restitutis tantum alienis, sed & suis, prout merentur, amissis.

Philosophica, præsertim Aueroica.



ET superior ergo Iudæus huius adorationis
 ergo Christianos faciebat idololatrias. Nec
 comētus addebat, horribile non posse non
 esse, quòd Christiani corpus Christi come-
 derent. Horū utrūque Iesum inquā atque
 cultum calūniabatur Auerroës, vt ad philosophes ve-
 niam, neque minus quā Iudæi, vtroque se ritu à Chri-
 stianismo auerti ac impediri causabatur. Esse alioqui cur
 illi præ omnibus sectis placeret Christiana, sed quoniam,
 aiebat, Christiani Deum suum quem adorant, etiam de-
 uorāt, moriatur anima mea cum animabus philosopho-
 rū. Huius loci me primus admonuit D. Ioannes Benedi-
 ctus Dominicamus, magnum sui nostrique ordinis, dum
 viueret, ornāmētum, idem mihi syncerus amicus & præ-
 ceptor. Sed Iudæo adhuc & Iudæis prius respondēdum:
 Verum quidem esset horribile esse Christi corpus come-
 dere, siquidem acciperetur in propria specie: sed ipsum i-
 dē sub speciebus panis accipere, suaue est & venerabile.
 Earum enim, panis, inquā, specierum in comestione fra-
 ctio, est attritio & laceratio, non autem Christi corporis,
 quod imaginantur Iudæi. Quibusdem speciebus consum-
 ptis, vt ibi desinat Christi esse corpus, sacramēti tamen re-
 manet effectus, animæ nimirū, vel totius magis hominis
 spiritalis refectio, augmentum gratiæ, &c. Suauis igitur
 hæc atque veneranda sic intellecta corporis Domini co-
 mestio De cuius etiam cibi bonitate atque suauitate di-
 cit Rabbi Moyse Hadarassen, exponēs illud prophetæ, *Psal. 71.*
 Et inclinavi ad eum vt vesceretur: vbi Hebraica litera ta-
 lis est, Et inclinabo ad eum escam. Hanc exponēs hic do-
 ctor, in persona Dei loquēs inclinabo, ait, ad eū populū
 nempe Israël, escā bonam & suauem, cui non est alia si-
 milis, de qua dicitur in Psalmo antè ab Hebræis de Mes-
 sia exposito, Erit frumentum in terra, &c. Hæc igitur escā
 & ex Iudæis patet sumere non esse horribile, sed deuotū
 & delectabile bene vtrique ad illā dispositis. Hæc Lyra cō-
 tra Iudæis. Veniamus ad philosophos Eucharistici cultus
 & eius peræquē irrisores. Sapiētū itaque seculi hui⁹ vnus, 1567. ex 12
 in mirabilibus huius sacramēti permotus, cōfusus, & deie-
 ctus, lege modo naturæ contentus, & ad naturales solum sect.

Lyran.

Ose. 11.

Psal. 71.

Dionys.

Carthusia.

De Eucha-

ristia serm.

2. Operam

minorū 10-

mo. 1.

Cl. sanctius

in Bez. am.

Metap. in

sect.

causas respiciēs, nec spiritū Christi habēs, sceleratus, maledictus, & impius Auerroës, hac cōtumelia religionem Christianā affecit, ita inquit, Mundum peragrari, multas, adeoq; omnes regiones circuiui, varias sectas inueni, sed Christiana deteriorē, aut etiā tam fatuam, quā secta est Christianorū, non reperi, quia Deū suum, quē colunt, dentibus deuorāt. Hoc testimoniū, quōd nihil huius impii apud me extet, nec extare quidē velim, ab aliis mutuo sumpsi, penes quos sit eius fides. Et Dionysius quidē Rickesius, immoratur Auerroëis pluribus absurdis, sed nūc non erit hic locus. Quod ad rē attinet, responderet inter ea quæ de hoc, vt & alius legis nouæ sacramētis, tradit & tenet Ecclesia, hoc etiā prædictum, fore vt in terra, hoc est, militate Ecclesia, quæ peregrinatur in terra, memoriale triticū esset in summis mōtium, id est, capitibus sacerdotum idque ex versionibus apud Hebræos authenticis. Quōd, vt alia de Christianismo in prophetis prænūciata, in eodem per actū iam ac peragi agnoscamus, sacramentū hoc præ aliis habere, vt nō multiplici rātū effectu spiritali, gratia & virtute, sed verē quoq; per essentiā substātialiter Christū contineat, in hoc enim exhiberi nobis eū in cibū, cibū autem oportere realiter cibato coniungi, rectē itaque sentire Ecclesiā Christū hīc realiter cōtineri, proindeque totū & integrū, carne quidē & sanguine directē ac vi cōuersionis, anima autē ac Deitate per concomitantia, suscipi & adorari. Esse porrō triplicē gradū honorantium hoc sacramentū: Primū, vt cum ex ita loquar, corporaliorem, eorū nempe qui iuxta modulū suum per exteriora in superiore articulo memorata sunt, ad interiorē honorificētia se prouocant: Alterū sublimiorem, eorū qui obsequia medio se modo habentia, præconia & sacrificia offerunt redēptori, eū pro viribus intra se laudantes, &c. Tertium, cœli formiorē, cultorū Dei, ministrorū Christi, qui cōtēplationis gratiā fortiū, & in speculationis arce constituti, ascenderūt ad cor altum, &c. Mēritur verō impius Auerroës, & nō minus impiē mentiūtur quotquotcum eo nos imō, vt ait Cyrillus, cœlum ac terram suggillant. Nam probatissimi quique patres planē contraria harū vtrique

Psal. 71.

*Substantia-
liter.*

Realiter.

Serm. I.

*Honoran-
tium Eu-
charistiam
gradus
tres.*

*Antropo-
phagia.*

*Antropo-
latría.*

*Anathe-
matismo II.*

ἀνθρωποφαγίας, aut etiam ἀνθρωπολατρίας, totam Ecclesiā

blasphemix docuerunt, vt ab hoc ordiar, *Sanctum*, ait, ac viuificum, incruentumque in Ecclesiis celebramus sacrificium, non hominis alicuius nobis similis, & communis corpus consimiliter & preciosum sanguinem, esse, quod proponitur, credentes, sed magis tanquam propriū viuificantis Verbi corpus & sanguinē accipimus. Communis enim caro viuificare non potest, nec quicquam prodest. *Ioan. 6.*

Quia autem facta est Verbi propria, ob eam causam intelligitur, & est viuifica, vt Seruator ipse testatur, Sicut misit me viuēs Pater, & ego viuo propter Patrem, & qui manducat me, etiā ille viuet propter me. Et, Si quis non fateatur Domini carnem viuificatricē esse, & propriā Verbi, quod ex Deo est, sed tanquā alterius cuiuspiā ab eo, qui ei quidem coniunctus sit secundum dignitatem, hoc est, solam diuinā in habitationem sortitus sit, anathema sit. Et in oppositione contra Theodoretū reprehensionē, sic ait inter alia multa, Quāuis Christi corpus nostris sit corporibus, hoc est, consubstantiale, natum enim est ex muliere, proprium tamē filij Dei est, quia autem vita secundum naturam Verbum est, quod ex Patre est, viuificatricem declarauit carnem suā. Et hac ratione facta nobis est benedictio (sic solet pater hic vocare sacramentū hoc) viuificatrix. Et corpus assumptū ē muliere vbiq; suū vocat, Caro, inquit, mea &c. propter summā vtiq; vnitatem, & hanc mysterij habeat rationem, quod dictionem hanc propriam posuimus, dicentes, Si quis non fateatur Domini carnem viuificatricem, & propriam ipsius quod ex Deo est, Verbi, imò non magis viuificatricem esse, quia facta est Verbi, omnia vtiq; viuificare potentis, propria, Anathema sit. *Ad Eucptium. Gal. 4. Benedictio.*

Nestoriana, & Eutychna. Cap. IIII.

Nestorius verò, Audite, aiebat, attendentes *Nestorij de Eucharistia* verba, *Qui manducat carnē meā, &c.* Memores estote quòd de carne sermo est, quod *stia soror.* non à me carnis nomen adiectū est, ne videar sinistre interpretari, Non ait, *Qui manducat & bibit meam diuinitatem.* Et, *Qui manducat me,*

Quid māducaturus? diuinitatē an carnē? Sic absurdē negligentēq; nugatur hic hæreticus, Non Deum Verbū missum esse dicens, incarnatum, & hominem factum, sed seorsim ac particulariter hominē, quod manifestum iam cauillum est, Nam vnionis modū destruit, vt cōmune inueniatur Christi corpus, non iam Verbi omnia viuificare volentis, propriū. Et paulò post, Num tu hominis consumptionem, ἀνθρωποφαγία, nostrum hoc sacramentū pronuncias, & irreligiōse ad crassas cogitationes vrges corū, qui crediderunt, mentē, & attentas humanis cogitationibus tractare, quæ sola, pura, & inexquisita fide accipiūtur? Et quoniā minimē editur diuinitatis natura, propter hoc commune dixerit quis sanctū Christi corpus? Scire autē operæ precium est quōd proprium est corpus eius Verbi quod omnia viuificat. Quoniam autē corpus est vitæ, viuificum est, Nam per hoc mortalibus nostris corporibus largitur vitam, & mortis euacuat imperiū. Hactenus Cyrillus, cuius fragmentum ad partem primā extat in canonicis Ecclesiasticis, sub titulo Ephesini, tale, Necessariē & hoc adicimus, Incruentā celebramus in Ecclesiis sacrificij seruiturē, & sanctificamur participes corporis & preciosi sanguinis Christi, non vt cōmunem carnē percipientes, nec viri sanctificati & verbo coniūcti secundū dignitatis vnitatem, sed verē viuificatē, & ipsius Verbi propriam factā. Habes rationē carnis Dominicæ in hoc sacramento, siue vt habet Rubrica, in altari tum accipiendæ, tum etiam adorandæ, nempe quia per Verbum Dei Deū assumptæ & propriæ illius factæ, ac proinde, vt Verbum, viuificæ, idque credendum tantum non etiā exquirendum. Non verò quod Candidus, qui parū cādide nos anthropophagos non minus quā Auerroës, hīc facit, quasi Christū fide tantum, nec nisi spiritualiter manducari in Cœna Cyrillus asserat, vt quo patū nemo sapius aut apertius, neget in ea nos Christi spirituali rātum, quæ est per fidē & charitatē, habitudine coniungi, sed & corporali quoq; atq; naturali participatione, Locis per nos & lib. 11. cap. 16. 26. cum aliorum patrū in hanc rem testimonis, alibi citatis. Apolog. lib. 7. cap. 5. Negat autem diuinitatē hīc manducari, sed ex Nestorij haud dubiē sensu, carnem seorsim à diuinitate hīc sumi

Anthropophagia.

De consecr. dist. 2. cap. necessarie. Guitmundus lib. 3.

Ioā. Cādid. de cœn. Domini. anno 1560. In Ioā. lib. 10. cap. 13. & lib. 11. cap. 16. 26. Apolog. lib. 7. cap. 5.

erratis, & sic non minus anthropolatras (quia carnē eam Anthropolatre. nemo prius hīc manducet quā adoret) quā Anthropolatre. Anthropagos Catholicos faciētis, vt alibi ait de Nestorianis, Anthropagos. quōd cœlum ac terrā anthropolatriæ, hoc est, hominis Anthropagi. cultus suggillāt. Et alibi, Nōne dicere liceat quod propheticarum prædicationū exitus ἀνθρωπολάτρως crimen In expositione Symboli Niceni. nobis induxerunt? vt adoremus hominē habentē Deum De incarnatione Virginis. inhabitantem? &c. Cui hæreſi Eutychna cōtraria licet, De incarnatione Virginis. nihil de Eucharistia peruersē minus sensit, vt cuius fructus fuerint totius populi Christiani, sacerdotū imprimis cap. 23. Domini, & Monasteriorū euersio, omne per Eutychna- Leo 1. epist. norum crudelissimā insanissimāq; sæuitiā, in Ecclesia, 75. 1. q. 1. præsertim Alexandrina, cœlestium sacramentorū lumen can. Manifestum. extinctum, intercepta est sacrificij oblatio, & parricidalibus impiorum manibus omnia se subtraxere mysteria.

Capernaïtica.

Cap. V.



AD has autē anthropophagiæ cogitationes nimisquā absurdas adigebat Nestorianismus, eas prius multò induxerat prima in August. 107. 6. trac. 27. in Psal. 54. et 98. discipulis Christi velut ad duritiā sermonis eius facta hæreſis, Carnē quippe Christi manducandū carnaliter sic intellexerūt, sicut in cada- de verb. A- uere vēditur, aut in macello dilaniatur, Sic illū putarunt erogaturū corpus suum, particulas quasdā de illo præci- posto. ser. 2. surum, membra sua concisurū, & sic per partes disceptū Beda. 1. Co- sese illis daturū. Quibus respōdit, non eō se modo illud rimb. 10. de eis donaturū, sacramentum iis se cōmendare, quod spiri- conf. dist. 2. tualiter intellectū illos viuificaret. Quod etsi necesse es- cap. Prima- set visibiliber celebrari, oporteret tamen inuisibiliber in- quidem. telligi, sic vt quod in sacramento visibiliber sumeretur, in Can. Inui- ipsa veritate spiritualiter manducaretur & biberetur. In- tat. uitat Dominus seruos suos, vt cibū eis seipsum præparet. Can. Qui- Quis audeat manducare Dominū suum? Ait tamen, Qui manducat. manducat me, uiuit propter me Quando māducatur, vi- Can. Qui- ta manducatur. Ne timeamus manducare panē hunc, ne manducat- finiamus eū, & postea quod manducemus, non inuenia- me. mus. Non occiditur vt māducetur, sed mortuos viuificat. Can. Viuū.

Cùm manducatur, reficit, non deficit: vivit manducatus, qui resurrexit occisus. Neque quando manducamus, partes de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit. Non runt fideles quomodò manducant Christi carnē, vnusquisque partem suā, vnde & ipsa gratia partes vocantur. Per partes manducatur (sacramenti vtiq; , vt paulò antè)

Christus totus in celo, & corde nostro.

sed manet integer, totus in cœlo, totus in corde tuo. Totus erat apud Patrem, quādo veniebat in Virginē: implevit hanc, nec recessit ab illo: Veniebat in carnē, vt homines cum manducarent: manebat integer apud Patrem, vt Angelos pasceret: Factus homo, vt panem Angelorum manducaret homo, &c. Ergo quia Christū dentibus vorari fas non est, nec magis eius gratia morsibus cōsumitur, voluit is panē hunc & vinum in mysterio verè carnē suam & sanguinem suū consecratione Spiritus sancti potentialiter creari, &c. vt quia nos iam similitudinē mortis eius in baptismo accepimus, similitudinē quoq; carnis & sanguinis sumamus, ita vt & veritas non desit in sacramento, & ridiculum nihil fiat Paganis, quasi cruorem bibamus occisi hominis. Si enim discipuli patienter ferre nequiuerunt quod dixit Dominus, Qui manducat carnē meam, &c. sed dixerunt, Durus est hic sermo: quo ergo hęc modo ferrent increduli? &c. Hisce Augustinianis cōsonant quę sequūtur, Ambrosiana, Deinde, vbi non tulerunt sermonē eius, sed audientes quòd carnem suā manducare, & sanguinē suum bibendū daret, recedebant, Ne igitur plures hoc dicerent, veluti quidā esset horror cruoris, sed maneret gratia redēptionis, ideo in similitudinem quidem accipis sacramentum, sed veræ naturæ gratiam virtutēq; cōsequeris. Et quia idem Dominus cōsors est diuinitatis & corporis, tu quia panem accipis, diuinę eius substantiæ in illo alimento participas, Vt enim verus est Dei filius D N. Iesus ex subitancia Patris, non vti homines per gratiā, ita vera, quā accipimus, caro. Fortè dicas, Quomodò vera? Carnis & sanguinis similitudinē video, non speciem aut veritatem. Sicut mortis similitudinē sumpsisti, ita preciosi etiam sanguinis similitudinē bibis, vt nullus horror cruoris sit, & precium tamen operetur redēptionis. Didicisti ergo, quia quod accipis, Corpus est

Rom. 6. Similitudo carnis & sanguinis.

De sacramentis li. 6. cap. 1. can. Fortè dicas.

Horror vt hic vitatus.

Ibidem & li. 4. cap. 4. can. Panis est.

Quomodò vera? Carnis & sanguinis similitudinē video, non speciem aut veritatem. Sicut mortis similitudinē sumpsisti, ita preciosi etiam sanguinis similitudinē bibis, vt nullus horror cruoris sit, & precium tamen operetur redēptionis. Didicisti ergo, quia quod accipis, Corpus est

Christi. Hęc illi Latinorum patrum facillè primi, simul & corporis sanguinisq; Dominici veritatem hęc accipi, edibiq; profitentes, & Eucharistiam, hoc est sacra signa, & mystica symbola siue species, quas vocāt, sacramentales, vtriusque similitudinem nominantes. Quorū posteriore non est cur offendamur, si enim Eucharistia sacramentū est, vt certè est, vtiq; signum est & symbolum & figura, & exemplar, & imago & similitudo. Quorū contra si nihil est, ne sacramentum quidem est, Quia diffinitur sa- *Sacramen-*
 cramentum, sacrum signum, signum ergo hoc, sacramen- *tum sacrum*
 tum est, & similitudo, sed res quas signat, verè & conti- *signum.*
 nens & exhibens. Vt alibi probatum est contra nimis
 hac in re timidos, & ab his vocabulis toties alioqui apud patres obuiis, æquo plus abhorrentes. Manduca- *Opuscul.*
 tur ergo Christus hęc à fidelibus, sed minimè lacera- *57. l. et. 3.*
 tur, vt Latina cavit Ecclesia post Thomam Aquinatem, scriptorem quidem recentiorem, sed in veteribus maximè versatum.

*Berengariana.**Cap. VI.*

HT quod obiter secus habere videtur Berengarij palinodia, quasi sensualiter non solū *Can. Ego*
 sacramentum, sed verum quoque Domini *Berengarius.*
 corpus in veritate manibus sacerdotū tractetur, frāgatur, & fidelium manibus atteratur. Non procul ab eo tēpore Lombardus distinguit hęc *Lib. 4. dist.*
 postrema verba, & exponit in veritate corpus Domini *12. E.*
 tractari manibus sacerdotū, frangi autem aut atteri verè quidē, sed in sacramēto tantū. Et audet eo loco glossa, cuius tandemcunq; sit, lectorem monere, nisi sanè verba eadem intelligat, in maiorem lapsurum hāresim, quā recantans habuerit. Referenda ergo ea ad species, quibus attrectatis, fractis, & attritis, totū Christi corpus & integrum, imò totus ipse Christus sumatur & māduetur. Et nostri, quasi litera hęc crassior esset atq; crudior, quæque *D. Rossen.*
 in deteriore partem capi posset, factum eo putat, vt qui *lib. 3. cap.*
 nimis in alterum latum exorbitauisset, hunc in contra- *12. H.*
 rium vergere permetteretur, & paulò fortasse quā fuisset

æquius, nisi sanè exponatur. Ad quam tamen fidei formulam, primo licet aspectu horridam, lector eo minus, ut sic loquar, horripilauerit, quo in veteribus fuerit exercitior, in Chrysostomo presertim de sanctis his & diuinis mysteriis sic passim concionante, *Qua* re non oportet puriorem esse hoc sacrificio fruentem ac participantem? quo solis radio non splendidorem manum, quæ carnem hanc tractet ac diuidat, os quod igne spiritali repletur, linguam quæ hoc admirabili & nimium tremendo sanguine cruentatur ac rubescit? *Quam* habebimus veniam, aut quæ nobis venia dabitur, vel potius quam poenam non subibimus, quæ non supplicia exoluemus, qua Dominicam degustare carnem digni habiti sumus, diaboli sponte linguam, & diabolica loquentem efficiamus? Et quoties prædicat Dominum se hîc non videri tantum permittere, sed & tangi, nec tangi modò, sed & manducari, & dentes carni suæ infigi? O quot modo dicunt, Vellem formam eius, figuram, speciem, vestes, calciamenta videre. En ipsum vides, tangis, manducas. Tu quidem illius vestimenta videre cupis, is verò seipsum ita tibi tradit, ut non eum tantum videas, sed ut tangas & comedas, & intra te ipsum habeas. Tangamus ergo nos non iam fimbriam vestis ipsius, imò verò totum ipsum. Ipsum enim si volumus, corpus eius, non iam vestimentum propositum est, non ut tangamus solum, sed ut comedamus atque saturemur. Quod, ait, ita scilicet vñiri, palpari, teneri, manducari, valde ac ardentèr amantium, & maximum dilectionis signum est. Quos enim amamus, nonnunquam etiam morsu petimus, ut Iob seruos suos, ut nimium eorum in se amorem ac desiderium in se ostenderet, de se solitos dicitare inquebat, *Quis* det nobis de carnibus ut saturemur? &c. Sic Dominus carnem nobis suam dedit, ut ea saturemur, &c. Sunt hæc, aiunt hodierni Berengariani, populariter dicta. Sint sanè popularia, an continuo minus aut vera, aut catholica? Audiamus ergo eundem sacerdotes sic inter cætera populo seriò commendantem, Dum conspicias Dominum immolatum, sacerdotem sacrificio incumbentem, ac preces fundentem, tum verò turbam circumfusam precioso illo

Homil. 83. in Mat. Ad Antioc. 52. 60.

Homil. 51. Et 83. in Mat. 45. in Ioan. 24. in 1. Cor. 60. 61. ad Ant.

Iob. 31.

Lib. 3. de sacerdotio.

sanguine intingi ac rubefieri, etiam nē inter mortales ver-
 sari, & in terra consistere censes? an non potius ē vestigio
 in cœlos transferēris? an non omnem carnis cogitatio-
 nem abiiciens, nudo animo, mente pura, quæ in cœlo
 sunt circumspicis? O miraculum! ô Dei benignitatē! Qui
 cum Patre sursum sedet, in illo ipso temporis articulo om-
 nium manibus pertractatur, ac se ipse tradit volentibus
 ipsum excipere ac complecti. Fit autem id nullis præsti-
 giis, sed apertis & circumsipientibus omnium circumsi-
 stentium oculis. Et aliquam multò post in eodem ope-
 re, Cum sacerdos spiritum sanctum invocauerit, sacrifici-
 umque illud horrendum, ac reuerentia plenissimum,
 perfecit, communi omnium Domino manibus assidue
 pertractato, quoto eum, quæso, in ordine collocabimus?
 quales manus illas administrantes esse oportet? qualem
 linguam, quæ verba illa effundat? qua non purior em re
 ac sanctiorem esse animam conveniat, quæ tantum tam-
 que dignum spiritum receperit? Et sub finem liturgiæ,
 Sacerdos diuisurus panem, dicit, Diuiditur agnus Dei,
 qui tollit peccata mundi. Et accipiens ex pane particu-
 lam, mittit in calicem, dicens, &c. Et potitus particula
 diuini corporis, dicit. Conuiuij tui mystici hodie Fili
 Dei, communionem assumpsi, &c. Et ad Innocentium
 I. Rom. Pontificem, conqueritur in seditione illa con-
 tra se excitata, sanctissimum Christi sanguinem, sicut in
 in tali tumultu contingit, militibus sanctuaria ingressis,
 in eorum vestes effusum fuisse. Quid quod illud Pauli,
 Panis quem frangimus, enarrans, fractionis vocabulum
 & emphasim sic obseruat? Hoc in Eucharistia videre li-
 cet, in cruce autem minimè, sed omnino contrà. Os e-
 nim eius, inquit, non conteretur, seu non committuetis
 ex eo. Sed quod in cruce passus non est, hoc iam in obla-
 tione patitur ac sustinet, cum propter nos frangitur, seu
 frangi permittit, vt omnes satiēt, fractus vt nos sibi con-
 iungat. Vt hoc quoque loco Græci os illud aureum se-
 quentes suo more. Vter igitur crassius, quod aiunt, & pin-
 guis hîc loquitur, Berengariuſuè Romanorum pontifi-
 cum iussu sacramentariam hæresim recantans, an Chry-
 sostomus toties sic concionans? Nec enim hic reformi-

*Christus si-
 mul in cœlo
 Et in altari.*

*Præstigiis
 in sacris ni-
 hil.*

Lib. 6.

Epist. 1.

1. Cor. 10.

Homi. 24.

Ioan. 19.

Exod. 12.

Num. 9.

Sic ibi Theo-

phyl. Et ad

h. br. 5. seip-

sum Chri-

stus pro no-

bis sanct. st.

frangit, di-

stribuit.

Rom. 1.

dat & sapientibus scribere, & insipientibus prædicare Dominum, Dominiq; carnem ad sanguinem omnibus hîc sensibus & obuci & percipi, videri nimirum, tangi, palpari, tractari, edi, bibi, frangi, dentibus denique peti & moribus. Ergone vel creophagus seu sarcophagus, vel anthropophagus, vel anthropolatra continuo Chrysofostomus? Nihil horum. Prioribus duobus conuiciis totidem pro eo verbis respondeat licet. Cum sacramenta

Augu. can. duobus conficiantur ac constent, rebus scilicet ac signis,
Hoc est. in Eucharistiæ esu.

Thom. in

Prosa.

Nulla rei fit scissura,

Tantum signi fit fractura.

*Serm. de Tri-
nitate.*

*Caro Christi
Dei thro-
ni & pur-
pura.*

*Psal 98.
Esa 66.*

*Lib. 1. epi.
2. cap. siue
errore. 3.*

*Sanna blas-
phemia.*

Tertium crimen alibi sic eluit, Impius, qui creaturam adorat. Quid igitur? nonne corpus Domini creatum? Vide ergo quod & tu creaturam adoras. Insipiens! nemo regi dicit, Exue quam indutus es purpuram, vel, Surge à throno tuo, vt te nudum adorem: sed regem adorat in throno sedentem, & purpura vestitum. Deo enim verbo complacitum fuit, vt creatam carnem nostram sibi absque labe adunaret, & adoraretur cum Deo verbo, quatenus deitati adest. Idque probat iisdem quibus supra, Ambrosius & Augustinus, locis prophetis, Adorate scabellum pedum eius, & Terra autem scabellum pedum meorum. Videte, ait, sacramentum, Quoniam adunaturus sibi erat absque macula carnem nostram, ea verò ex Adæ terra est, eam adorantes nos, terram (seu creaturam) non adoramus, sed Deum verbum, qui carnem ex Adæ terra formatam sibi absque peccato vniuit. Hæc ille. Anthropolatræ igitur hîc non sumus, quia caro quam pater hîc, hîc adorandum sic sæpe vrget, vt patrum nemo sapius, sic est filij hominis, vt sit & Filij Dei: sic hominis, vt & Dei: Quod Berengario Petri, vt re, ita nomine Venerabilis, responsum, responsum item sit hodiernis Berengarianis, cogitantibus fortassis, ac sic nos subsannantibus, vnus corporis finitam satis modicam quantitatem, moribus mundi totius per tot secula non posse sufficere. Sic enim ferunt illum Andeganis de hoc sacramento cum quibusdam agentem, dixisse, Si Christi corpus tâta fuis-

fer magnitudinis, quantæ turris hæc, quæ in conspectu nostro immensa mole attollitur, à tot totius orbis populis comestum, ante multa iam annorum spatia defecisset, *Andegani turris.*

Quantum peruersus,

Tantum peruersa locutus.

Ecquid eis respondeas, qui nihil vel aut Deum posse nisi quod possunt: nihil scire, nisi quod sciunt: nihil agere, nisi quod agunt? Responsum, inquam, sit ad tam absurdas cogitationes, tam mordaces & dentatas sannas, vt supra, Christi nimirum carnem neque dentibus vocari, *Aug. cap. Prima Et can. vtrum.* neque magis quàm gratiam, morsibus consumi, quia eius vtraque sit, qui etiam Deus est verus, & non homo, merus, & iuxta superioris rhythmi Ecclesiastici consequentiam, Signi tantum fracturam fieri,

Qua nec status, nec statura,

Signati minuitur.

Et istorum certe paterculus (hunc licet abunant nothi isti) Lutherus alicubi agnoscit Romanos Episcopos cum Synodis suis cum Berengario egisse, sic vt optet sic semper egisse. *Citat P. tr. Martyr in Tractatione de Eucharistia. Tiguri 1552.* Sic enim resoluit in confessione maiore. Quod panis sit, id ipsum verè & propriè corpori Christi tribui, propter sacramentalem coniunctionem. Errare ergo Schuermeros aequè, ac glossam in iure canonico, cum Nicolaum papam reprehendunt, quod Berengarium cregit ad confessionem qua dicit se atterere dentibus verum Christi corpus. Atque vtinam papæ omnes tam Christianè egissent, ac pontifex ille cum Berengario in confessione ista egit. Est enim vera hæc sententia, quod quisquis panem comedit, is comedit id quod verum Christi corpus est. non tantummodo panem, vt Viclephus docet, &c. Nec ita nuper eorum fraterculus Ioannes Matthæus talium cornicum sic *Viclef. Heidelverge. 1566.* oculos ausus est configere, vt scriberet omnium Cœnæ actionum externarum & visibilium, qualis est oralis, sine qua ore fit, acceptio, manducatio, bibitio, fractio, partitio, attritio, distributio, in humum denique casus, & si qua alia, obiectum proprium esse Christi carnem & sanguinem, in proprio quidè subiecto sine materia atq; substantia non quidè per sese simpliciter & absolutè cōfide-

ratis, sed in alio & aliunde accersito (velut) subiecto, nepe sacramēto, sine sacris huius sacramēti signis & symbolis. Quo sensu fatetur ea verè dici, in terram interim cadere, manu tangi atque capi, os ingredi, partes fieri, alteri, frangi, manducari, bibi, corporis nostri alere substantiam, & si quid aliud eiusmodi à patribus scripto relictum, vt nihil iam ab hoc differre videamur, nisi quòd quæ signa ille & symbola, nos species sacramentales vocamus. Lutheranis certè Berengarius est hæreticus, vt suo postea loco videbitur. Ex quo ne hoc quoque conuictum natum putemus, D. Cyprianus tantò antè sic concionabatur, Orta aliquando de nouitate huius verbi quæstione, ad doctrinam mysterij huius obstupuerant auditores, cum diceret Dominus, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. Quod quidam quia non credebant, nec poterant intelligere, abierunt retro: quia horrendum eis & nefarium videbatur vesci carne humana, existimantes hoc eo modo dici, vt carnem eius vel elixam, vel assam, sectamque membratim edere docerētur, cum illius personæ caro si in frustra partiretur, non omni humano generi posset sufficere: qua semel consumpta, videretur, interuisse religio, cui nequaquam vltèrius victima superesset. Sed in cogitationibus huiusmodi caro & sanguis non prodest quicquam: quia sicut magister exposuit, verba hæc spiritus & vita sunt: nec carnalis sensus ad intellectum tantę profunditatis penetrat, nisi fides accedat. Et paulò post, hoc sacramētum Christus aliquando corpus, aliquando carnem & sanguinem, aliquando panem appellat. Et multis interpositis, qui vsque hodie hoc veracissimum & sanctissimum corpus suum creat, & sanctificat, & benedicit, & piè sumentibus diuidit, Hæc ille. Audis obiter ipsissima verba canonis, ne Missæ canonem adeo nuperum putes. Et in eodem sermone, Sanguinem, ait, sugimus, & intra ipsa redemptoris nostri vulnera figimus linguam, quò interius exteriusque rubricati, à sapientibus huius seculi iudicamur amentes, qui religionis huius abhorrentes mandatum vsque hodie etr o abeunt, & à secretis diuinis omnium inter se mysteriorum summā continentibus diffugiunt, & recedunt. Et paulò post, Vniuersa

Sermo de
Cena.

Corpus ve-
racissimum.
Canon.
Missæ.

Vniuersa ad has epulas inuitatur Ecclesia, æqua omnibus portio datur, integer erogatur, distributus non demembratur, incorporatur, non iniuriatur: recipitur, non includitur: cum infirmis habitans non infirmatur, fides pura, mens sincera hunc habitatorem delectat, nec immeni & omnipotentis magnitudinem pauper domus nostræ angustia vel offendit, vel arctat. Hæc ille contra insipiens sapientium huius seculi de nobis in huius sacramenti vsu iudicium. Adhuc autem & antiquior & peræquè nota est gentiū fabula & calumnia & homicæniis, nodum homicidiis quod nos Eucharistiæ, illæ infanticidij sacramentum sarcasmo perquam hostili nominarent. Sed siquidem omnes hi intelligere non poterant diuinam & increatam Dei sapientiam, nondum licet corporatam, de se tamen prædicentem, *Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc siue amplius sument, corporatam autem atque incarnatam ad sui nos esum inuitantem, præstabat cum Petro nondum sermone illius secretum intelligente, bona tamen esse verba, quæ non intelligebat, piè credere, vt de principe Apostolo concionatur Augustinus, & huius exemplo nos hortatur, vt si durus est sermo, non intellectus, durus sit impio, tibi, ait, pietate molliatur, quia quandoque soluetur. Quando verò? cum credideris, intelliges, neque nisi credideris, intelliges. Et Petrus enim prius credidit, post cognouit. Et nos, exclamans, credimus, & cognouimus quod tu es Christus ille Dei filius. Habent, qui vt dura & obscura cœnæ verba traducunt, & post duritiam, quam putant, scandalisati vt illi quondam à capite retro abierunt atque descuerunt, sic à corpore pedem referunt, & schismate facto non amplius in Ecclesia versantur, quique fratres quondam suos huius sacramenti occasione tot supra cõitiis aspergunt, habent, inquam, illi quos hic imitantur, Capernaitas nimirum, Iudæos, paganos, Auerroas & Berengarios. Qualis non ita nuper quidam stolidiores nos Ægyptiis iocabatur, homo scilicet facetus, quod id quo vescimur, Deum esse nostrum dicamus. Et verò Auerroista, quisquis es, Christum Deum nostrum credimus, edimus, adoramus, &*

*Suprà ca. 1.**Ecc. 24.**Ioan. 6.**In psal. 54.**Esa. 7.**Beza in Cl. sanctium anno 1567.*

*Thom. opus-
sculo 57.
lect. 5.*

verba hæc exposita mellita nobis sunt, oleumque sunt,
& ossa vsque nos penetrant, ineffabilem suæ in sacra-
mento præsentia modum illi committentes, & prout
conuenit deuotioni fidelium, venerantes.

Apostatica. Cap. VII.



Actenus contra carnalem Iudæorum &
gentilium, aut etiam Iudaisantium, erro-
neum, vt Cyprianus vocat, hominum de
Christianorum Eucharistia suspicionem.

At nihilo meliores Iudæis & paganis Ap-
poltata, nihilo melius senserunt de Christiano huius
sacramenti tum vsu, tum cultu: idque ex eo constat,
quod sacram eius indignissimè ac irreuerenter supelle-
ctilem contrectarunt, cui suus alioqui honor cum rer-
rum diuinarum, sacrorumque signorum honore sem-
per, vt antè obseruauimus, & coniunctus fuit & serua-
tus Archiapostata ergo Iulianus, vt ei vir non minus san-

Oratione I. ctus quàm liber, Nazianzenus, inter multe contra Eccle-
siam publicè priuatimque tentata, sacrorum tum dena-
riorum pecuniarumque suppilationem, nõ magis ex im-
pietate, quàm ex auaritia insatiabili, tum vasorum dire-
ptionem, quæ à profanis manibus indignè & cõtumelio-
sè tractata conspurcabantur, exprobrat, hic inquam, Au-
gustus nihil minus quàm Augustus, quæ magnus veròq;

Theod. li. 3.

cap. 12. 13.

Sozome. li.

5. cap. 8.

Niceph. li.

10. ca. 5. 7. 9

Sacrilegorũ

ultimo hor-

renda.

Augustus Constantinus ecclesiis vasa sacra atq; preciosa
donauerat, ablata partim in fiscum Imperatoris intulit,
partim in idolorum delubris reposuit, ministris ad hæc
eo nihilo melioribus abusus, cognomine illi annuculo,
Felice, ac Elpidio quæstoribus. Horũ primus vasis sacris
terræ illisis pro sedili vsus, in sacram etiam mensam lo-
tium miserat, & minxerat. Euzeio episcopo id prohibere
conanti alapa inflicta, maledicto quoque illo in super in-
gesto, Christianorũ res à diuina prouidentia non curari,
sue Christianorumnè stabula diuinæ curationis esse? Sed
mox difficili & incognito morbo correptus, ad dies XL.
ita distentus iacuit, vt nec loqueretur, nec sentiret, Vale-
tudine autem paululũ recepta, vxore præclaræ fidei sc-

mina eum ad pœnitentiam exhortante, suorum ipse ma-
 lorum contra se testis, & morbi causam agnoscens, Impe-
 ratorē, vt ecclesias, quibus ademerat, restitueret, rogauit,
 nec impetrauit. Morbo igitur urgente, ventre omnis ge-
 neris vlceribus conuulso, visceribus putredine corrosis,
 excrementis per os blasphemix quondā instrumentum,
 tum obscœnam corporis partem factum, non per natu-
 ralia egestis, pudendis etiam putrefactis, & vermibus ad-
 viuam vsque carnem prorepentibus & corrodetibus, eos
 profundius latitantes auibus pinguibus & peregrinis, quas
 prius diis sacrificassent, super membra corrupta applica-
 tis, in apertum quibusdam ceu illecebris euocātibus, bre-
 niter, medicis omnia expertis, remediis nihil proficienti-
 bus, violenta morte miser euectus vitam finiuit. At infœ-
 lix Felix vasis tanti precij conspectis, arridens, vrbane sci-
 licet iocatus est, vel potius insultauit. En, aiens, qualibus
 vasis ministratur Mariæ filio, siue, Mariæ filius re diuina
 peragenda colitur. Eamq; nec ob aliam causam, vena in-
 teriore rupta, sanguinem per os blasphemum vt per fistu-
 lam emittens, horrendum omnibus cernentibus factus
 spectaculum, non totum diem durauit, & circa crepuscu-
 lum vnā cum sanguine animam vomuit. Tertius verò El-
 pidius, vt & superiores, blasphemus, tardiùs quidem, pœ-
 nas tamen tandem impietatis luit, inter tyrannidem affe-
 ctantes deprehensus, bonis omnibus exutus, sacer atque
 detestandus ab omnibus iudicatus, post carceris etum nas
 vitam turpiter finiit. Præter quos alius quidā in ecclesiam
 cum aliis prædonum more, ablatis donariis aliisque pre-
 ciosis, eam diripientibus, & sacrorū vasorum custodem
 contumelia afficiētibus, ingressus, super alias indignitates
 veste subducta sacrificij aram cum impudenter cōmixif-
 set, membris per quæ peccauerit, putredine ad interiora
 vsq; viscera cōsumptis, infinita vi vermiū inde prognata,
 miserum in modum, sic vt dicere pudeat, extinctus est.
 Omnes à tormentis tam grauibus ad longè deteriora mi-
 grantes. Horum etiam meminit D. Chrysolto. Regis, in *Homi. 4. de*
 quiens, auunculus, qui profano tactu cōsecrata Deo vasa *laudibus,*
 temerauerat, vermibus excelsus interiit. Regalis etiā gratij *Pauli.*
 præpositus, ob aliā, quā ecclesię intulerat, iniuriā, medius

*Lib. contra
Gentiles.*

diruptus est. Et alibi, Qui cum eo erant, patruus ausus impuris manibus sacra vasa contingere, nec hoc scelere contentus, contumelia vltra progressus, iis inuersis, & humi super pauimentum extensis, ita super ea defederat, subito illegitimæ huius sessionis eas dedit pœnas, vt morbum diuinitus illatum constaret, vt supra. Alius porro regij ærarij præfectus, antequam aulæ regiæ limen transcenderet, de repente medius crepuit, & ipse id genus impietatis cuiusdam pœnas, luens, &c. Audis ori quoque illi aureo, vt supra Theologo, scelus habitum fuisse, homini non sacro sacra vasa vel tangere.

*Theodore?
Thesaurarius
martyr*

*Serm. in iu-
uentium
Maximum
martyres.*

Quorum tum custodem historia Theodoritum vocat, qui comprehensus, quasi ea vbinam essent iudicare posset, grauitè est flagellatus, & gladio tandem enecatus, cùm in tota tortura masculo animo præditus respondisset, & in confessione Christiani dogmatis præclare se gessisset. O verè thesaurarium! Alibi sub hos Imp. meminit, altaria subuersa, clausas Ecclesiæ, sacerdotes fugatos. Ex Apostatæ igitur exitio, qui supra Nazianzenus inter alia catholicis obuentura bona gratulabatur. apostatas non iam amplius in sacras ædes nostras flagitiosos oculos iniecturos, aut sinistre aspecturos, neque purissimi ac incruenti sacrificij altaria ab eodem nomen habentia, scelesto detestandoque sanguine fœdaturos, nec impiis contra altaribus loca non adeunda dedecoratos, nec ecclesiarum donaria sacrilega manu direpturos, aut profanatos, impietatem auaritia cumulantes. At reformatores hodierni sacra & profana deprædantes, sacerdotales etiam aras non vt apostata, bruto, sed humano, & quidem sacerdotali cruore inquinarunt.

Manichaica, Cap. VIII.



X Eucharistiæ ergo cultu idololatrias Iudæi Christicolæ, pagani alij hominis, quidam etiam Dei voratores faciebant, & ceu tales amentes nos iudicabant. At infidelium pessimi hæretici, & hæreticorum pessimi Manichæi, eadem de causa Christi fideles sui tem-

poris, idololatrias non quosuis, sed longè pessimos, per-
 æquè nimirum falsò existimauerunt, nam quæ peior i-
 dolomania, quàm si cui suus venter Deus, vt ait, Pau- *Phil. 3.*
 lus, fuerit? Qui autem Comum seu Bacchum colunt &
 Cerenem, non longe absunt vt phallum seu mutinum, &
 Venerem, hoc est, ventrem, & quæ sub ventre sunt, seu
 subuentranca, vt est apud Platonem, Philonem, Nazian-
 zenum, Hieronymum, & alios, colant. Hæc enim dæ-
 monia, non iam numina, adeo coniurata & conspirata *De specta-*
 inter se sunt, quod ait Tertullianus, vt prioribus quif- *culis.*
 quis æstuat, in posteriora facile despumet. Atqui Chri-
 stianos panem hunc sanctum vitæ æternæ, & calicem
 salutis perpetuæ sumentes colentes & vescentes, & pa-
 gani & pagani deteriores Manichæi eosdem suspicati
 iam tum sunt Bacchum & Cererem colere solitos. Sic e-
 nim eorum coryphæus infaustus ille faustus de suis &
 catholicis, Et nobis circa vniuersa, & vobis similiter er- *Lib. 20.*
 ga panem & calicem par religio est. Cui Augustinus ca- *cap. 13.*
 tholicorum, vt sic loquar, catholicissimus ita respondit,
 Cur hic arbitretur parem nobis esse religionem circa pa-
 nem & calicem, nescio, cum Manichæis vinum gustare
 non religio, sed sacrilegium sit. Noster autem panis &
 calix, non quilibet quasi propter Christum in spicis li-
 gatum & sarmentis, vt illi desipiunt, sed certa consecra-
 tione mysticus sit nobis, non nascitur. Proinde quod
 non ita fit, quamuis sit panis & calix, alimentum est re-
 fectionis, non sacramentum religionis, nisi quod bene-
 dicimus gratiasque Domino agimus in omni eius mune-
 re, non solùm spiritali, sed etiam corporali. Vobis autem
 per fabulam vestram Christus in escis omnibus ligatus
 apponitur, &c. Quo ergo modo comparas panem & ca-
 licem, & parem religionem dicis, errorem longè à veri-
 tate discretum? peius desipiens quàm nonnulli, qui nos
 propter panem & calicem, Cererem ac liberum colere
 existimant: à quibus paganorum diis longè absumus,
 quamuis panis & calicis sacramentum, quod ita lauda- *Sacramētū*
 tis, vt in eo pares nobis esse volueritis, nostro ritu ample *p. panis &*
 ctamur. Hæc beatus ille pater. Sicut ergo, quod ex supe- *calicis.*
 rioribus patet, tam vniuersalis Christi fidelibus fuit Eu-

charistiæ cultus, vt nec infideles lateret, Iudæos & gentes, ita Manichæi vel suo id sacramentum modo adorabant, parem catholicis eius apud se religionem iactantes, vel non adorantes, & sic mentiētes, & sibi de paritate religionis plus sumentes, plus tamen ac peius desipiebant, quàm vel pagani, vel siqui alij huius inter sacra cultus ergo. Christicolas tum existimabant Bacchicolas, vt sic loquar, & Cerericolas, neutri tale quid suspicaturi, nisi catholici quam in consecrato pane carnem, quem in sacro calice Christi sanguinem sumerent, etiam coluissent, & veneratione singulariter debita, peculiarique honore cibos hos diuinos à profanis ita discernentes, profecuti fuissent. Quæ sunt Augustini de hoc cultu verba superius allegata. Sed non adorasse, vel potius nihil, & ita falsò adorauisse Manichæi videntur ex sequentibus

Cap. 15. 16. 17. 18. vbi paulò antè, ita, iam verò quòd etiam inde vos paganis vultis esse meliores, quòd illi aris, delabris, simulacris, victimis, incenso Deum colendum putant, vos autem nihil horum facitis, quis nõ irrideat: quasi verò non satius sit vel lapidi, qui quoquomodò est, aram cõstitueret, & victimam offerre, quàm id quod omnino non est, in deliraméto phantasmatis adorare? Pòst, vbi probauit, aras, templa, & sacrificia quæ illi iactabant apud se rationabilia, nihil minus esse quàm talia, vt qui de natura tam diuina quàm humana, corpore, mente, anima pessimè sentirent, sic concludit, Nescientes hi qui damnandum in sacrificiis gentium, quid intelligendum in Hebræorũ, quid in Christianorum tenendum vel obseruandum, vanitatem suam offerunt diabolo, qui eos decepit, &c. Sic autè ibi distinguit inter hæc, primùm de sacrificiorum ratione ita docens. Si vero Deo ista vera non debentur, cur laudabiliter in vera religione prædicantur? Si autem debentur, vnde etiam diuini honores rectè appellantur, cetera quæ dicuntur sacrificia, ad similitudinem sunt cuiusdam veri sacrificij. Hæc autem partim sunt vel erant incitamenta falsorum & fallacium deorum, superbè sibi ab eis quos deceperant, exigentiũ, qualia in templis gentiliũ, vbi damouia, verũ sacrificiũ quod vni vero debetur Deo, quo eius altare solus Christus impleuit, in victimis

*Sacrificia
honores di-
uini, genti-
liũ, hebræo-
rum Chri-
stianorum.*

pecorū imitata, sibi arroganter exposcūt. Vnde dicit Apostolus, Quæ immolāt gentes, dæmoniis, non Deo immo- 1. Cor. 10.
lant, nō quod offerebatur culpās, sed quia illis offerebatur. At Hebræorū sacrificia venturi vnus verissimi sacrificij, quod pro peccatis omnium credentium offerri oporteret erant prædicamēta, diuinitus antiquis patribus præcepta, qui in pecorū victimis, quas Deo multis variisque modis offerebāt, sicut re tanta dignū erat, Christianorū prophetiam celebrabāt futuræ victimæ, quam Christus obtulit. Vnde iam Christiani, peracti eiusdē sacrificij memoriam celebrant sacrosancta. Et participatione corporis & sanguinis Christi. Hæc Augustinus. Fuisse aliud Manicheorum genus quidam Referunt, si non tam tetrum fortasse aut obscœnum, at impiè de diuinis mysteriis sanctæ communionis preciosi corporis & sanguinis Domini garrēs. Dominū scilicet verba sua Apostolis dedisse, eaq; iussisse accipere, edere, bibere. Panem verò & vinum adhibenda ij negabant, ridiculi homines, nedum impii, qui formam sine materia frustra applicarent. Pauliciani a Paulis nescio quibus sectæ principibus appellati, sub Cōstante Cōstantini F. Heraclii Nepote Imp. anno Domini 640. Et sic Manichei quidem de sacrorū vsu, cultu, totaque suppellectile modò se cum Catholicis pariter sentire, modò non eadē cum gentilibus in iis sacris obseruare iactitabāt, tacitè in gentilium altaribus, téplis, & sacrificiis, quæ nulla ipsi haberent, nisi, vt ea vocabāt, rationalia, nostra hæc externa taxentes, totumque hunc cultum nostrum iidem, vel eorum quidam, vt Cerealem & Bacchicum iridentes, cum ipsi in sacro sanctis Eucharistiæ mysteriis tam putrida, tam immunda miscerent admitterēt, comederent, & biberent vt ea malū fuisse suppressa quam impressa. Precor ergo & scriptores & prædicatores, vt ea apud iceneum, Epiphanium Philastrium Augustinum. Damascenum & Theodoretum soli legere contenti, in vulgum vel scripto, vel dicto ne efferant quæ enim ab ipsis fiebant, turpe est & dicere, & cætera. At ex Augustiniana, eademque Catholica contra hypocritas huiusmodi de sacrificiorum tum ratione, tum discrimine doctrina colligere est, Primū, Cū sacrificiū sit

Cedrenus.

Pauliciani.

Vide supra
de infuntici
dio.

Cap. 1.

Eph. 5.

- I. Dei cultus & honor, nil mirū si Nouatores in cœnis suis
- II. non adorant, vt in quibus ac sacrificare se negent. Alterū Eucharistiam Christianis esse, quod gentilibus & Iudæis
- III. olim pecudum victimas, id est sacrificium. Tertium, cōmune id esse iisdem Nouatoribus cum Manichæis, quòd hi non alia sacrificia agnoscebant quàm orationes simplices & puras, homines impuri, & plusquam duplices,
- IIII. Quartum, Siue Manichæi, siue tum alij Christianos Dominicum corpus & sanguinē sub elementis panis & vini sumētes & adorātes, Cererem & Bacchum adorare putauerint, id sibi cum alterutris cōmune facere Nouatores, qui Catholicos eadem de causa suggillent idololatriæ.
- V. Quintum, & hoc quoque vtrisque commune, nolle Deū aris siue altaribus & delubris magis quàm sacrificiis colere. Quò enim sine iis illa? Euangelicè scilicet.

Vrbiciana. Cap. IX.

*Altare.
Ara.
Apoc. 6.*



*Partes de
Aqui cor
pore.
Sanguis in
pocelo.
Epist. 86.*

SED nimirū quàm Euangelicè Vrbicus tū quidam, inurbanus potius rusticus, vetera sic transiisse dicebat, vt in Christo ara cederet altari, tanquam nesciens altaris quidem nomen magis legis & prophetarum literis frequentatum, & altare Deo prius in tabernaculo per Moysen factò collocatum, aram tamen in Apostolicis literis inueniri, vbi martyres clamant sub ara Dei. Dicebat item cessisse pani pecus, poculo sanguinem, non Recordans & tūc in domini mensa panes propositiones poni solere, & nūc sede Agni immaculati corpore partē sumere, nec cogitās etiam, nūc se accipere in poculo sanguinem. Quanto, inquit Augustinus, melius & congruētius vetera transiisse, & noua in Christo facta esse, sic doceret vt cederet altare altari, panis pani, pecus pecori, sanguis sanguini. Videmus quippe in his omnibus carnalē vterque statē spiritali cedere nouitati. Stultus igitur Vrbicus, qui altaria in Euangelio maluit quàm, aras, prudentes scilicet in oculis suis reformatores hodierni, qui sit neutrum recipiunt, vt vtraque non aliter quàm subruendo reforment.

Verum adeo nihil aut parum refert in hæc vocabulo, ut ubi legunt *θυσιαστήριον* Græci, altare & interprete veteri verfum, Erasmus, Calvinus, Beza, Tigurinus reliquerint, solus, quem viderim, Castalio arcam maluerit, quasi vocem, opinor, plus gentilitiam, magisque profanam, Ciceroni certè quàm altaris, vſitationem. Et ipse Augustinus qui hoc loco arcam legit, toties alibi Eucharistiam altaris oblationem vocat & sacrificiũ: aræ, quod equidè meminere, nusquã. De altari locos in Apologia citauim⁹. Præter quos munero licet satis bono, mihi nunc occurrat optatus mileuitanus Episcopus, sic altaris cū reliquis Ecclesiastici ministerij memor. Erat, inquit, altare loco suo. In quo pacifici Episcopi retro temporis obtulerunt, Cyprianus, Lucianus & cæteri. Et exprobat illis altaria adeo malè tractata, in quibus, ait, & vere aliquando obtulistis, in quibus vota populi & membra portata sunt, quò Deus omnipotens inuocari, Spiritus sanctus postulatus descendere consueuerat. Vnde à multis pignus salutis æternæ, tutela fidei, spes resurrectionis acceptæ, in quibus fraternitatis munera non iussit saluator poni, nisi quæ essent de pace condita: Depone, inquit, munus tuum, ante altare, & panis concordia cum fratre tuo, ut possit pro te sacerdos offerre. In quibus, inquam, ante nos per longa temporum spatia, sancte, ut arbitramini, obtulistis, vel vestris illic antiquis oblationibus parceretis. Ibi modò superbus inuentus es, ubi iam dudum humilia offerebas. Ibi libenter peccas, ubi pro multorum peccatis orare consueueras, hoc faciendo in numerum sacrilegorum sacerdotum libenter intrastis, sociati sceleribus prophanorum de quibus apud Dominum Helias querelam deponit, verbis vsus, quibus & vos inter alios ab eo accusari meruistis. Domine, altaria tua confregerunt, dum dicit tua, indicat quia res Dei est, ubi Deo aliquid à quocunque oblatum est, Vel altaribus igitur parceretis. Cur cum ipsis vota & desideria hominum euertistis? Illac ad aures Dei accedere populi solebat oratio, cur concidistis precibus viam? & ne ad Deum supplicatio de more solito ascensum haberet, impia manu quodam modo scalas subducere laborastis? Aræ autem vocabulo. Vno loco sic in eũ-

Lib. 7.

cap. 9.

Lib. 1.

2. *Ep.* 6.*Altariũ*

vs.

*Euchari-**stia Epi-**theta.**Matt. 5.*3. *Reg.* 19.

Lib. 3.

Ara.

dem vsum vitur? Paganum vocas eum, qui Deum Patrem per filium eius ante aram rogauerit, & cætera. Habes apud veterem scriptorem contra Urbicanam differentiam, indifferentem solum vocabulorum vsum. Rerum item non in lege modò, sed & sub gratia, multiplicem. Reliqua de corporis & sanguinis Dominici in his præsentia, suo alibi loco in hoc tractatu non omissa. De horum item violatione, aliquantò post, inter Donatisti-

Petr. Martyr.

In 1. Reg. 23. cap.

De Pœnitentia.

De oratione.

Exhortatione ad castitatem.

Lib. 1.

Epist. 9.

ca. Verùm nihil tam offendit Nouatores hodiernos in Optato, quàm tanta tamque frequens altarium apud eum celebritas & commendatio. Reprehendant ergò, vel potius latinè Christianèque loqui Tertullianum optato anteriorem doceant & aras & altaria in Ecclesia Dei celebrantem atque commendatam, ut cuius illa sunt inter Pœnitentium tum ritus, Aris Dei adgeniculari. Et solenniorè eius fore stationè, qui & ad Aram Dei steterit, accepto Domini corpore, &c. Et Spiritus ducit orationè ad Deum. Si spiritus reus apud se sit, còscièntia erubescit, quo modo audebit orationè ducere ad altare? Doceat & eius discipulù, in quo Romanæ dictionis germanà puritatè, præfans tantopere còmendat Erasmus, tantùm utique oratorè & martyre Cyprianum, cuius illa sunt, ex Episcopo- rù concilio, cù singuli diuino sacerdotio honorati, & cuncti in clericali ministerio còstituti, nõ nisi altari & sacrificiis deseruire, & precibus atq; orationibus vacare debeant ad altare Dei non meretur nominari in sacerdotù prece, qui ab altari sacerdotes, & ministros suos auocare voluit, ne quis eos altari eius & Ecclesiæ vacantes ad seculares molestias deuocet. Et, Quid superest, nisi vt Ecclesia Capitolio cedat, & recedètib; sacerdotibus, ac de altari se remouètib; in cleri nostri, sacrù venerandumque consessum, simulachra & idola cù Aris suis transeant, &c. Et Apostolorù exemplo scribit Episcopos presente populo deligèdos, ne quis ad altaris ministeriù, vel ad sacerdotale locum indignus obceperet. Et de quodã lapsò adhuc ministrante, quasi post aras diaboli accedere ad altare Dei fas sit. Et. Aliud altare constitui, aut sacerdotium nouum fieri, præter vnum altare, & vnum sacerdotium non potest. Et, eos qui còtra altare vnum atque diuinù sacrifi-

3.

4.

7.

8.

cia foris falsa & sacrilega offerre conati sint, reuertentes *Lib. 2.*
 hac cōditione suscipiendos, vt cōmunicent laici, Sacerdo *Epist. 1.*
 res enim & ministrōs, qui altari & sacrificiis deseruiunt,
 integros oportet ac immaculatos esse, cui loco consonat
 alter libelli de singularitate clericorum, si eius modo est,
 considerare quale sit diuinis sacramenti insistere, Alta-
 ribus placere debent, qui de altaribus viuunt. Et quo lo-
 co disputat de miscendo Domini calice, per Salomonem *3.*
 ait, Spiritus sanctus typum Domini sacrificii præ- *Prov. 9.*
 monstrat, immolata hostiæ panis & vini, sed & altaris &
 Apostolorum faciens mentionem, & cæter. Quo etiam *Lib. 2. ca. 2.*
 loco vitur contra Iudæos, pro sacramento incarnatio-
 nis Domini, passionis eius, & calicis & altaris, & Aposto-
 lorum, & cæter. Et Nouatianum (velut antipapam) profa-
 num altare erigere, & sacrilega contra verū sacerdotē sa- *Lib. 3.*
 crificia offerre. Annue, scribit ad Pupianū, & dignare pro *Epist. 13.*
 nunciare de nobis, & episcopatū nostrū cognitionis tuæ *Lib. 4.*
 auctoritate firmare, vt Deus & Christus eius agere tibi *Epist. 9.*
 gratias possint, quod per te antistes & rector altari eorū
 puriter & plebi restitutus sit Demetriano quoque gentili *Tractat. 1.*
 exprobat, in tēplis vestris Dei altaria vel nullasunt, vel oc-
 culta (Christianorū forsità) Et de eo qui suprà, Nouatia- *3.*
 no, hostia, ait, altaris, aduersus sacrificiū Christi rebellis,
 contēptis Episcopis & Dei sacerdotibus derelictis cōsti-
 tuere audet aliud altare, & Dominicæ hostiæ veritatē per
 falsa sacrificia profanare. Et, An quia altare collocare, &
 sacrificia offerre cōtra fas nititur, ab altari & sacrificiis ces-
 sare nos oportet, ne paria & similia cū illo celebrari vi-
 deamur, &c. Et, qui, vt eius erat tēporis stylus, Cecilius à *Ad inba-*
 Billa, Primus in Carthagiūsi cōcilio dixit super herenco- *ianum.*
 rū ministerio, Deū inuocat, blasphemus, sacerdotiū admi-
 nistrat profanus, ponit altare sacrilegus, hæc omnia Cy-
 prianus adeo ab altaris nō abhorrens vocabulo, vt per id
 aliàs Mensam Dominicam, aliàs totum Ecclesiasticorum
 ministerium, ceu à precipuo eius instrumento intelligat,
 hæc ferè coniungens, Deum, Christum, spiritum, Eccle-
 siam, fidem, Religionem, sacrificium, Sacerdotem, al-
 tare, orationem. Altaria certè iam tum & antea Christia-
 norum & geniculis Tertullianus, & osculis honorata

Epist. 33. ostendit post Ambrosius, Certatim, inquit, milites in altaria irruentes osculis significare pacis insigne. Superiore sensu Hieronymus sic altaris Ægypti, id est mundi huius vnum fore in Propheta interpretatus est, vt cuncta altaria, quæ contra Ecclesiæ eriguntur altare, sciamus esse, non domini. Et in altero Propheta, Vnum esse altare in Ecclesia, & vnam fidem, & vnum baptisma, docet Apostolus: quod hæretici deserentes, multa sibi altaria fabricari sunt, non ad placandum Deum, sed in delictorum multitudinem, Qui, vt & alibi ait, manducant & bibunt in nomine (scilicet) Domini, habent quippè & ipsi altare sacrilegum, hinc altare mensam vocat Dominicam, in qua nimirum editur & bibitur, vt & in Vigilantium. Malefacit ergo, ait, Romanus Episcopus, qui super hominum mortuorum Petri & Pauli secundum nos, ossa veneranda, secundum te, vilem puluisculum, offert Domino sacrificia, & tumulos eorum Christi arbitratur altaria. Et hinc habes altare etiam ad offerendum, nedum mensam esse ad edendum & bibendum. Et peruetus esse super Sanctorum corpora sacra celebrari, & Martyrum reliquiis altaria dedicari, vt constat cum aliunde, tum ex Concilij Cartaginensis V. tum habiti, can. XIII. inter Latinos, inter Græcos LXXXIII. plurimum per agros, vias, villas, aut vineas altarium sine huiusmodi reliquiis reformatorio.

*De consec.
dist. 1. can.
Placuit.*

Arriana.

Cap. X.



De basilio.

Saltare in altari.

Ad Heronem.

T verò in veteri Ecclesia obseruate facile est, vt qui de Dominica incarnatione malè senserunt, iidem nihilo melius super Eucharistia, vt præcipuo eius Oeconomix sacramento, ferè senserint. Quales Ariani, vt in Christi diuinitatem blasphemii, sic in hæc sacra cõtumeliosi. Quod ipsum audire licet ex Gregorio Theologo, teste oculato rerum, tam sub Apostata Iuliano, quam sub Ariano Valente gestarum. Contra Ecclesias, inquit, militabant, siue bellum Ecclesiis inferebant, inter altaria, siue in altaribus saltitantes, & incruenta sacrificia hominum & victimarum sanguine cruentantes. Alibi queritur sancta pro-

phanis pedibus calcata, altaria gestibus corporis obscenis, & cantibus impudicis, & vt inquit, audio (hoccine lingua audax, proferet?) saltationibus, scedisque membrorum contorsionibus ludibrio, contumeliarumque habitata mysteria, scurriliter irrifa, sugillata, & ceu in comediis conuersa, presbyteros Catholicos à templis & altaribus eiectiones & exclusos, Arianos in ea introductos. Quorum idem in sacra Ecclesia, maleficia sic & alibi recenset in persona sua, Quenam ego ministerij sacri vasa, quam ego supellectilem rebus sacris dicatam, omnibusque prophanis tangi prohibitam, nec atrectandam, impiis manibus exposui? Vel Nabuzardæ cocorum principi, vel Balthasaro, qui in sacris templi poculis delicatè, imò nefariè perbacchatus, dignas amentia & arrogantia sua pœnas exoluit? Altaria, vt diuina inquit scriptura, dilecta, nunc autem contumeliosè protrita, quisnam impudicus & perditus, vt apud vos, adolescens turpiter cantillans, corpusque complectens impulsu nostro vobis insultauit? vel potius, per quem eiusmodi nebulonem mysterium magnum & augustum desaltauit aut prodidi? Quorum mysticum sanguinem caso sanguine miscui? quam orationis domum in sepulcrum conuertit? &c. Eucharistiam (scilicet) adorassent, vel in ea Christi carnem, qui sic eius & ministros & supellectilem defœdabant. Et hi tamen boni viri, si Deo placet, bene sibi conscij, quo huius sacramenti & res & signa, & vasa in honore apud Catholicos essent, mirum qualem quantamque cum Meletianis schismaticis Athanasio tragœdiam mouerunt de poculo mystico effracto, & euersa mensa per Macarium eius presbyterum, quasi quo scelere, nullum in Episcopo præsertim & presbytero, calicis nimirum & mensæ huius comministris, grauius vnquam fuisset, aut etiam esse posset, siquidem id ita factum, contestatum, ac probatum esset, quod alteruter nefario irruens impetu, vas in sacratissimo loco repositum rapuisset atque confregisset, vt ad eum scripsit pius ille princeps Constantinus, Memor fortè, aut alioqui monitus, quam diuturnam pœnitentiam Pius I. Rom. pontifex, annos antè plus minus 200. iniunxisset eis quorum vel negligentia de Dominico san-

*Contra
Maxim.*

*Ad Arianos de se-
ipso.*

*4. Reg. 25.
Dan. 5.*

Psal. 83.

*Athanasio
motalis.*

*Calix fra-
ctus.*

*Mensa
euersa.*

*De consec.
dist. 2. ca.*

*Si per ne-
gligent.*

guine aliquid stillasset vel in terram, vel super altare, vel super linteum, quantam iniuncturus, si quis per contumeliam & impietatem humi abiecisset? Et hos tamen sacerorum omnium profanatores non puduit hanc quaestionem de corpore & sanguine Christi, seu horum potius poculo & mensa, idque in Episcopum & presbyterum habere, non quidem in Ecclesia, sub legitimis clericis, ubi, si quod omnino delictum fuisset perpetratum, de eo inquiri oportebat, sed in praesentia praefecti & eius cohortis sub externo iudice, assistentibus non modo Catechumenis, sed quod peius est, Christianismum blasphemantibus Ethnicis & Iudæis. Tanti tamen fuit calicis effracti, & eversæ mensæ crimen, ut vir & pontifex talis atque tantus, summo, hoc est, Romano proximus, & patriarcha in orbe Christiano secundus, nihil habuerit aut inuenerit tutius quam id fortiter negare. Quæ est in iudiciis longè fortissima tuendi se ratio, ut docent Rhetores, si quod obiicitur, negari potest, etiamsi non omnino deerat alia, eaque honestissima, qua rectè factum defenderet, ut huius nos alibi calumniæ locos citauimus. Aiebat autem ipsemet in Apologia secunda, ubi frequens eius fabulæ mentio. Pocula multa passim in ædibus, adeoque in medio foro haberi nemini dubium, quæ collisa collidètem non impiant. Mysticum autem poculum, quod impium eum reddit qui id vltro frangit, nusquam nisi apud legitimos Ecclesiæ præfides inuenias: hic enim vnus vsus est calicis, & præter eum alius nullus, eoque solo vos legitimo ritu populo propinatis, cumque vos pro canone Ecclesiastico accepistis, idemque dumtaxat penes eos habetur, qui Ecclesiis præfunt. Solum enim vestrum est propinare sanguinem Christi, & præterea nullius. Cæterum ut impius est qui hunc mysticum calicem frangit, ita multo magis impius, qui sanguini Christi contumeliam facit: facit autem, qui præter Ecclesiasticam institutionem calice illo abutitur. Et hæc quidem eo à nobis dicuntur, non quòd vel schismaticam poculum Macarius fregerit, sed quòd ibi nullum omnino fuerit, ac ne esse quidem potuerit, cum nec locus, in quo fractum sursum deorsum iactitant, Dominicus, siue Ecclesia esset, nec quis-

*Quintil. li.
3. cap. De
statibus.
Apolog.
lib. 3. cap. 2.*

Calix tantum sacerdotum.

Calix schismaticus.

piam ibi Ecclesiasticus, aut presbyterorum quisquam ei loco vicinus, neque dies, qua id factum volunt, Dominica, aut tempus mysteriorum ageretur. Breuiter, sacra ibi non fierent. Quo item modo homo priuatus Ischyra, qui presbyter ibi fingitur adfuisse, sed nec ab Ecclesia presbyter electus, nec in presbyterorum numero receptus unquam vel habitus, sed Colytho tantum autore constitutus in gradu presbyterij mortuo, ac proinde cum ceteris ab eodem ordinatis ad laicorum ordinem redactus, & ad laicam modo communionem admissus: Quo inquam, modo laicus, laicas seu priuatas aedes inhabitans, poculum mysticum sibi concreditum habuit: &c. Haecenus Athanasius, Ex quo habes sacrorum vasorum effractionem, reliquaque Ecclesiastica supellectilis direptionem, magnam quidem esse in Deum contumeliam, maiorem vero abusuum non ordinati ministerium. Videant ergo moderni Nouatores, a nemine praeter seipos ordinati, sacrorum profanorumque praedones, quiq; haec praesertim mysteria, cantilenis, quas spirituales vocant, qualibus nec histriones, nec scurrae quilibet impudenter abuterentur, infamant, quod in Arianis plangebatur Nazianzenus, ne non humani solum generis, sed diuinae quoque disciplinae non reformatores, quod falso sibi sumunt, sed latrones sint, ut de Meletianis Sycophantibus ad Athanasium scripsit, qui & ubi prius Imp. Constantinus. Sub cuius impiis successibus Constantio, Iuliano, Valente, &c. eam quae post irrupit in Ecclesias ab Arianis vastitatem, & prauidit & praedixit Manachorum sanctissimus Antonius, visus sibi in somnis videre mulos & asinos & burdones salientes altaria sacra calcibus immundis impetere atque subuertere. Expectatum lamentantem & vociferantem retulisse futurum, ut cum adulterinis mixtis confusis & monstruosis dogmatibus in Ecclesia Dei irruentibus eaque occupantibus homines iumentis similes sancta Christi diriperet. Cuius non vanam fuisse visionem, nec mendacem expositionem, post duos annos monstrauit euentus, per Arianos Ecclesiarum rapinam, pessundatam sacrae mensae, Voce Domini ad eum facta, dicentis, Abominabitur altare meum diuina vasa contemerata, sacra mysteria & ministeria polluta ethnicorum manibus inquinata, sanguis

*Ischyra
pseudopresbyter.*

*Colythus
pseudepiscopus.*

*Athanas.
in eius vita*

Sozomen.

6.5.

Tripart.

7.5.

Nicephor.

10.43.

Ruffin. 10.
21.

Tom. 1. Cō-
cilior.

Apolog.
2. *Et ad*
Monach.

Theodorit.
4. 22.

Tripart. 7.
40.

Nicephor.
11. 28.

Spiritussan-
cti in al-
tari.

Epist. 70.

onium Domini in eius tēplo effusus veneranda resperit altaria, &c. Et quis quod sequitur, annuntiet, & præsente tristitiam Antoniana nihilo minorem, cōsecutæ tum reuelationis prosperitate soletur, cito fore, vt suum Ecclesia ornatum recuperet, reuersuras ad foueas suas serpentes & pecudes, tantum ne fidei Catholicæ synceritas hæretica aut schismatica labe sordescat. Igitur sub Constantio feda fuit admodum vt Ecclesiæ. Ita Eucharistiæ facies, ara nusquam, nec immolatio, neq; libamina. Quo etiam tempore Ægypti Episcopi conqueruntur ad Marcum I. papam ita, In tantum nostra vastauerunt Ariani vt nec vestimenta Ecclesiastica, aliæque ornamenta neque reliqua utensilia nobis dimitterent. Idem ad se scriptum successor eius Iulius I. Athanasio citante, ab Episcopis ex Antiochia, testatur, Ecclesias alias incensas, alias subuersas, Episcopos, presbyteros, & monachos cum populo indignè habitos, violatos, in carcerem trufos, spoliatos, sacramyteria, de quibus accusabant Macariū Athanasij presbyterum, ab Ethnicis direpta, & in terram abiecta, & reliqua paulo antè allegata. Proficit Valens in peius Imp. Arianus, sub quo Petrus Alexandrinus Episcopus facta scribit, quæ nec audita sunt in diebus patrum, & in ipso sanctiori sacrorum altari facta. Puerum, vt in proscenio ludorum dissolutorum, sexum masculum dissimulatē, muliebrem simulatē, oculis stibio perunctis, & facie fūco rubricata: vt quæ apud eos sunt idola masculo fœmina, habitu muliebri in sanctiore altari, vbi Spiritussancti aduentum & descensum inuocamus, impositum circulari motu manibus huc & illuc tortis gesticulantē saltasse, prolixè admodum ridentibus, & nephariè, qui spectabant, acclamantibus. Quem Arianis vt consciis & consentientibus saltatorem exprobrauit Nazianzenus antè allegatus, harum sub Constantio & Valente per filij, hoc est, Arianos, & Spiritussancti, hoc est, Macedonianos, blasphematores, persecutionum quendam quasi catalogum texēs Basilius ad Galliæ & Italiæ coepiscopos. Abiguntur, ait, pastores, episcopi causa indicta damnantur, fugantur, abripiuntur, exilia presbyterorum & diaconorum, totiusq; cleri depopulationes, domus præcationum clausæ,

clausa, Altaria cultu spiritali vacant, nulli amplius Chri-
 stianorum cœtus, cessarunt publici festiuque conuentus
 hymnodia nocturnæ non habentur, panegyres & domi-
 no credentium in Synaxi ac communionem spiritalia cha-
 rismata, vt nobis iam dicere liceat, quod non sit in hoc
 tempore, neque princeps, neque Propheta, neq; præses, *Dan. 3.*
 neque oblatio, neque incensum, neque locus, vbi coram
 Domino possit offerri sacrificiũ, & acquiri misericordia, *Epist. 71.*
 vt cogitasse se pater hic fateatur, num suas Dominus Ec-
 clesias prorsus reliquisset, & nouissima illa sumeret ini-
 tium filij perditio defectio, &c. Hæreticis Catholicorum
 altaria subuertentibus, & in propriis mœsis Missæ munus
 perficientibus, &c. Desinens hæc tandẽ aliquando Aria-
 norum in Oriente persecutis, aut certẽ quiescens per Ca-
 holicos principes Theodosios, redintegrata est in Aphri-
 ca per Vandalos reges Arianos, Gensericum imprimis &
 Hunericum, & non dissimilibus visionibus & signis præ-
 euntibus tēpestas demonstrata. Vidit quidam Ecclesiã in
 ornatu solito fulgentẽ, cereis, palliis, velaminibus, lam-
 padibus rutilantẽ, subito lumẽ illud extinctum, ac tene-
 bris succedentibus fœtorem exortũ; omnẽq; illam bea-
 torum turbam expellentibus quibusdã Æthiopibus fo-
 ras eductam, & claritate pristina nequaquã restituta iu-
 giter lamentatũ. Vidit alter Ecclesiam turbis innumeris
 refertam, paulõ post euacuaram, & porcorũ captiuarũq;
 multitudine repletam. Vidit alius arborem ad cœlos vsq;
 ramis extensam florentẽq;, quæ Aphricam pene omnẽ
 dilatatione sua opacaret, subito ab asino violẽto, qui cer-
 uicem suam ad robur radicum eius defricaret, impulsu
 sonitũq; ingenti ad terram elisam, Vidit alius è monte
 quodam stantẽ se conspicerẽ greges suos innumerabiles,
 sed in eorũ medio duas ollas nimis bullientes, in quas o-
 uium occisoribus earum carnes demergentibus, omnem
 illam gregis consumptã multitudinem, Vidit alius alia,
 sed Ecclesiastica tantũ persequor. Ab his ergo duobus
 tyrannis, & vtroque fauoribus non tantũ ministris &
 magistratibus laicis, sed etiã pseudepiscopis Arianis, nul-
 li Catholicorum ætati, sexui, conditioni paritum. Par-
 uulos ab yberibus raptos, à parentibus separatos in terrã

Eadē et gra allisos, caecos, aut aliter passos. Senes podagros, aliōve
morapassas morbo aut senio deficientes, pedites ire, aut iumentis vehi,
sub Constā- & cum eis hordeo vesci coactos. Virgines sacras ab ob-
tio ab Arria stetricibus Vandalis procul matribus & matronis Catho-
nis testatur licis inspectas & atrectatas, & inter suspendia & incēdia
Athanas. multis mēbris apposita interrogatas, quomodo episcopi
passimin A- cum eis & clerici rem haberent, quādam etiam sic extin-
pologus, & ctas. Mulieres p̄sertim nobiles contra naturæ ius in fa-
adsolitarios cie publica cruciatas, & vulgo spectate virgis castas. Mo-
Socra. 2. 28 nasteria vtriusque sexus, gentibus, id est, Mauris cum ha-
Theodorit. bitatoribus donari p̄cepta: Monachos nam lignorum
2. 15. Nice- aridorum manipulis plenæ expositos, igne supposito cō-
phor. 9. 29. cremandos, eōq; sapius extincto remorū. Vectibus canū
Sub Valere. instar excerebratos, templa catholicorum subuersa incē-
Ruffin. lib. sa, aut reseruata quidem, sed stabulorū quēdam loco ha-
II. cap. 3. bita, Catholicis clausa, ab eis intrari prohibita, tortoribus
Tripart. 7. portas p̄iudicatas obseruātib; & Arianismo manci-
40. Theo- pata Clerum qualiter & vbi poterat ablatis Ecclesiis my-
dorit. 4. 22. steria diuina modo priuatim, modo in domo vna congre-
Nicephor. gatum celebrare inchoantē, orare, immolare, p̄fallere, ba-
11. 26. Et 28 ptizare, ordinare, ordinariue, & recōciliare, deniq; legere
Sic antea prohibitū, libris, clericorum armis, tradi iussis, & incēsis,
Valēs Imp. De palliis altaris camisias & femoralia facta, & quo tem-
Arrianus pore Dei sacramenta populo porrigebātur, Barbaris fu-
curauerat rore magno introeuntibus, Christi corpus & sanguinem
episc. Catho- pauimentis sparsum, pedib;que pollutis calcatum, spi-
licos LXXX. rituales conuentus interdīctos, proposita exili; aut ser-
in mari cō- uitutis optione, episcopos presbyteros, diaconos, reli-
burni Et sub- quōsque Catholicos nihil non tormentorum & mortium
mergi. So- passos & expertos, mensam cum eis communem habe-
erat. 4. 16. ri prohibitam, dissipatos & dispersos per omnia exilio-
Sozomen. rum loca, messes defecare, agros colere, vaccas pascere,
6. 14. Ni- ligna cedere iussos, relegatos, deportatos, nudos spo-
ceph. II. 16. liatos, bonis eorum vel fisco, vel sectæ adiudicatis, na-
Iustinia. in nibus fractis expositos, ab equis & equitibus contritos,
l. 2. C. de of- hospicio & alimento interdīcto fame & frigore ene-
fic. prat. ctos, fustigatos, caecos, catenatos, & clauatos potiusquam
Afric. ligatos, occisos denique & insepultos, superstitibus om-
Ita ante Cō nem de religione disputandi ordinandique, testandi

item, legandi, accipiendique sublatam facultatem, lege
 à Catholicis quondam Imperatoribus contra hereticos lata,
 ab hæreticis regibus in Catholicos contumeliose retorta.
 Hæc est Vandalicæ in Africa persecutionis Epitome, ex
 qua constat quid tum Ariani cum de aliis Catholicæ my-
 steriis, tum de hoc adorabili sacramento seferint. Cuius
 adhuc tépestatis ineuntis iuuabit & Augustini, quo viuē-
 te ac vidente cepit, iudiciū, & posidij eius conuictoris au-
 dire testimonium. Vandalos & Alanos Gothis mixtis ex
 Hispania irruētes, nulli (vt supra) sexui aut ætati peper-
 cisse, non Dei sacerdotibus & ministris, nec Ecclesiarum
 ornamentis, instrumētis & ædificiis. Ex qua vastitate ho-
 mo Dei animarū præcipue pericula præuidēs ac mortes,
 amarissime fletet, Ciuitates nimirū excisas, perditas vil-
 las, habitatores extinctos, dispersos, effugatos, virgines
 sacras & cōtinentes vbiq; dissipari, In tormētis deficere,
 gladio interimi, in captiuitate perdita corporis animique
 integritate male ac duriter hostibus deseruire, hymnos
 Dei ac laudes de Ecclesiis deperire, Ecclesiarum ædificia
 passim cōcremari, solennia Deo debita de propriis locis
 deficere, sacrificia & sacramenta diuina, vel non queri,
 vel quærēti qui tradat, non facile reperiri. Ecclesias quip-
 pe sacerdotibus ac ministris destitui, aut earum præpo-
 sitos & clericos, qui Dei fortè beneficio euaserant, re-
 bus omnibus expoliatos, & nudatos, egentes mendica-
 re, nec eis omnibus ad omnia necessaria subueniri pos-
 se. Hæc ille. Sic apud Victorem vbi paulò antè, multitu-
 dines à clero in exilium proficiscente relicte, clamita-
 bant. Qui paruulos nostros baptizaturi sunt de fontibus
 aquæ perennis, nobis pœnitentiæ munitus collaturi, recon-
 ciliationis indulgētia peccatorum vinculis obstrictos so-
 luturi, morientes solēnibus orationibus sepulturi, diuini
 sacrificij ritus consuetos exhibituri? Vt alicubi idē quod
 supra Basilius, tunc prophetiæ vaticinium scribat fuis-
 se completum. Non est in hoc tempore princeps, aut
 propheta vel dux, neque locus ad sacrificandum nomi-
 ni tuo Domine, &c. Horum nihil queruntur reforma-
 tores hodierni, non infantulis deesse baptismum, vt in
 vtero sanctificatis minime necessarium, non, quæ per-

*stātius Im-
perator, te-
ste vbi su-
pra Atha-
nasio.*

*In eius vi-
ta, cap. 28.*

Lib. 2.

Lib. 1.

Dan. 3.

- Sepultura
cū silentio.* negant, pœnitentiæ sacramentū, & Eucharistię sacrificiū,
non denique solennes sepeliendis orationes, qui suos cū
silentio sepeliunt, & hoc enim cum silentio, inquam, sine
solennitate hymnorum, corpora defunctorum ad sepul-
turam perducunt, illacrymabiles Vandali iubebant. De qui-
bus alter Augustini discipulus. Prosper sit breuiter. Ger-
sericus Rex in limitibus suis Catholicam fidem Arriana
perfidia subuersurus, quosdam nostros Episcopos priua-
to iure basilicarum suarū etiam ciuitatibus expulit, quo-
rum constantia nullis eius terroribus cessit. Carthagine
autem capta Ecclesias spoliavit, & sacris vasis exinaniuit,
non iam diuini cultus loca, sed suorum habitacula facta.
Omnibus, præcipuè religiosis infestus, vt non discreuer-
is, hominibus magis in Deo bellum intulisset. Idē Ro-
ma capta multa Ecclesiastica & preciosa cimelia, & vasa
abstulit, inter quæ non pauca Hebraica, Romam Hiero-
solyms vastata asportata, post Gilimero vltimo Vanda-
lorum rege capto Bizantium à Belisario illata, sed Iudeo
quodam consulente, quasi ea nusquam nisi vbi ab initio
Salomon ea constituerat, consistere valerent, à Iustinia-
no principe timorato Hierosolyma ad sacras Christiano-
rum ædes remissa. Et volupe item legere est, quod an-
tè Vandali Rege Trasamundo, qui & Arrianos cxxx.
Episcopos Catholicos ex Aphrice in Sardiniam relega-
uit, incommodum acceperunt grauissimum, à Cabaone
Mauro Tripolitano, dum quæ illi Christianorum tēpla
inductis equis & iumentis prophanant, huius explorato-
res repurgant. Imo & si quid aliud à gente turpissima re-
lictum, inde egesto, & quos illi sacerdotes ac edituos co-
laphis, aliisq; plagis verberant, & seruili more ministrare
sibi cogunt. Hi tantum non venerantur, adorāt, & omni
humanitate colunt. Idque tanto mirum magis, quod bar-
barus hic & infidelis se Deum Christianorum ignorare
profiteretur. Sed si quidem quod dicebatur, fortis ac po-
tens esset, par esse, vt numinis sui contemptores vlcisce-
retur, & cultores tueretur. Sic ergo Vandali Arriani sacra
Christiana, & Catholicos eorum ministros tractauerūt.
At non sic eiudē licet cum Vandalis sectę Alaricus Visi-
Gothorum Rex Arrianus, qui Roma capta propter reue-

rentiam erga B. Petrum, amplo spatiosoque templo, in *Nicephor.*
 quo Apostoli tumulus est, parci idque Asylum esse iussit, 13.35.
 sed iuxta quosdam, vnum solum. Verisimilius alij datum *Orosius 7.*
 præceptum, vt si qui ad sancta loca, præcipueque sancto- 25.
 rum Petri & Pauli basilicas cõfugissent, hos in priuis in- *Paul. dia-*
 uiolatos securõsque fore. Imo & martyrum loca addit *con. 13.*
 Augustinus tunc temporis scribens, in ea vrbs vastatio- *Blöd. deca.*
 ne ad ea confugientes, suos alienõsque, hoc est Christiã- *1. lib. 1.*
 nos & Paganos recepisse, hucusque cruentum & barba- *Egnatius*
 rum hostem sæuissè, ibi furorẽ trucidatoris limitem ac- *de Impp.*
 cepisse, Alibi truces & hostili more seqüentes, vt ad ea lo- *Rom. lib. 1.*
 ca veniebant, vbi fuerat interdictum, quod alibi belli iu- *De ciuita-*
 re licuisset, totam sæuendi refrenatam immanitatem, & *te Dei lib.*
 captiuandi fractam cupiditatem. Seruatam libertatẽ, du- *1. cap. 1. &*
 ctos à miserantibus liberandos, & quod alibi ad ea loca *4.*
 pertinere compertum est, cum honore & religiosissimo
 obsequio reportatũ. Magnam enim auri vim è Vaticano
 surreptam, iussu Alarici redditam. Nam discurrentibus
 per vrbes Barbaris Gothus quidam potius & Christia-
 nus, à Virgine sacra iam grandæua in Ecclesiastica do-
 mo reperta, aurum argentumq; honeste exposcens, pro-
 ferente illa, magnitudine, pondere, pulcritudine, ignota
 etiam vasorum qualitate attonitus, audiuit ab ea. Hæc
 Petri Apostoli sacra sunt ministeria. Presume si audes,
 de facto videris. Ego quia defendere nequeõ, contem-
 dere aut tenere non audeo, barbarus reuerentia religio-
 nis Dei timore, fide ac constantia Virginis motus, Hæc
 Alarico per nuncium retulit, qui continuo ad Apostoli
 Basilicam vniuersa, vt erant, vasa, reportari, & Virginem
 simulque quotquot ei se adiungerent. Christianos eod-
 em cum defensione deduci imperauit. Aberat autem
 domus à sanctis ædibus longo & medio vrbs interie-
 ctu. Magno itaque omnium spectaculo disposita per sin-
 gulos singula, & super capita elata palam aurea & argen-
 tea vasa portata exercitis ad defensionem gladiis, concur-
 rentibus vndique ad vasa Petri, vasa Christi, etiam Bar-
 baris, & hymnum Deo concinentibus Romanis & Bar-
 baris. Sic centum post & amplius annis Totilus & ipse *Paul. dia-*
 Gothus rex eadem Roma capta clangere Buccius iussit, *con. lib. 16.*

Procop. de bell. Gothico lib. 3. vt Romani se à Gothorum gladiis tuerentur, & quotquot ad ædes sacras confugerant, inuiolatos esse iussit, Euerfas etiam vel incensas reparare nixus, siue ex voto

Leonard. Aretin. 4. Apostolis factò, siue D. Benedicti monitu, siue alia de causa mutatus & factus mitior, &c. Nec in vrbe tantum

Blond. de cad. 1. lib. 6. capta, cum ea potiri fortè satis esset, nec in victos sæuientium foret, sed & in obsessa quoq; cum nihil non in vincendos obsidentibus liceat, religiosi fuerunt. Erat vtraque ædes extra urbem, diuersa prorsus regione inuicem

Procop. li. 2 Aretin. lib. 1. & 2. distantes, porticumque ab vrbis porta, ad ipsas vsque Ecclesias habentes. Patebat Gothis ad eas vias, Constat per eos per id belli tempus in neutra Apostolis dedicata eade, quippiam editum, quod incolentibus vel molestū esset, vel ingratū, sed sacerdos ibidem viros liberè vt prius permanentes, permisisse rem diuinā peragere, in tota obsidione nihil illic vnquam violasse, sed tam ædificiū quàm homines in eis habitantes, veneratione Apostolica illesā seruasse. Porrò cōiicere est cum aliunde, tum ex Basilio,

Epist. 70. quo maximè tēpore sub Romanis principibus inualuit in Oriente Arrianismus, tum eius vel quam minimū in Occidente fuisse, in Italia præsertim & Gallia, vt de nostratibus dicā nonnihil. Commendabat Hilarius inuictā Occidentalium fidē, Gallia imprimis, Germaniæ, Britannia: sed idē deplorat Episcoporū ab eis exilia, inter quos ipse, & damnationes metallicas. Paulinum Treuerorum sacerdotem relegatum ne panem de horreo Imp. sumeret, Tribunos aduise sanctorum Mediolanensium aduise, protraxisse de altario sacerdotes, & Christo concorporatos à Christo discissos. Ereptū Romæ episcopū. Tolosæ clericos fustibus cesos, diacones plūbo elisos, & in ipsum vt sanctissimi intelligūt, in ipsum Christū (haud dubie in hoc sacramento) manus missas, virgines ad pœnā nudatas, sacratu Deo corpora publico exposita conspectui, piissimas plebes catenatus, & carceribus cōstrictas, &c. Irruētibus item post ac velut exundantibus in Galliam & Hispaniam omnis genus barbaris, & quidem Arrianis adeo sacris ab eis non est paritū, vt cum alij tum diuus Hieronymus tunc scribens, deplorat subuersas apud nos vrbes, & in Ecclesiis trucidata esse multa hominum milia,

Cōtra Constantium Aug. & Auxentiū. Et de Synodis.

Utque Hispania per Vandalos Arrianismum Africæ affricuit, ita per Gothos tunc Arrianæ omnes opinionis, eundem in Galliam importare magis nixa est, quam importauit. Aliquoties vtrique religionis erga reges armis sunt experti, vt legere est in nostris Clodoueo, Childoberto, Chilperico, in Hispanis Almarico seu Amalarico, Leonogildo, Puyban II. Sisebuto, &c. Vnius duntaxat in rem præsentem meminero. Euarix Rex Gothorum, Hispaniæ limitem excedens, grauem Gallij in Christianos persecutionem intulit, truncatis passim persecutioni eius non consentientibus, clericis carcere, sacerdotibus exilio vel gladio punitis, sacrorum templorum aditu spinis obserari iussu, vt raras ingrediendi obliuionem faceret fidei, nec multò post diuinitus percussus interiit, scripsit ea de causa Sidonius noster ad Basilium episcopum. Sic hispanogothum illum episcopos substulisse, vt in defunctorum officia nullos sufficeret, per quos minorum ordinum ministeria subrogarentur. Ita populos excessu pontificum orbatos, nulla in desolatis diocesisque curam, putres in ecclesiis culminum lapsus, auulsos valuarum cardines, basilicarum aditus hispidonum veprium fructibus obstructos, armenta semipatientibus iacentia vestibulis, herbosa viridantium altarum latera depasta, nec rusticas solum parrochias, sed vrbanaarum insuper ecclesiarum conuenticula rarefacta, clericalem periisse memoriam, nedum disciplinam, sacerdotio mortuo, nedum sacerdote, &c. Hæc ille. Tandem Arrianismum in Hispania Recaredus I. & Alfonsus I. ob id Catholicens, in Gallia Martellus, & Carollus Magnus eadem de causa Christianissimus vocati funditus sustulerunt.

Procop. de bell. Gothi. lib. 1. Et 3. Vandali. 3. Paul. Diac. comitib. 14. Annon. Guaguin. Ritius. Aemitius. Tarapha. Greg. Turo nen. 2. 25. Lib. 7. ep. 6

Donatistica. Cap. XI.

Eodem pene tempore Christianis Arrius in Ægypto de capite, hoc est, Christo, Donatus in Numidia, altero Aphricæ termino, paulò prior, de corpore, hoc est, Ecclesia, litrem mouerunt, sed & hic (adeo qui alterum non habet, neutrum habet) de corpore Do-

mini vero non melius fortè sensit, quàm de mystico.
 Parmenianus certè quartus sectæ episcopus Christi car-
Opta. li. 1. nem male tractavit, peccatricem illam dicens, iordanis
Parmenia- demersum diluio, ab vniuersis sordibus esse mūdātam,
ni de carne cūm ea de spiritu sancto concepta, inter alios non potue-
Christi, er- rit in remissam peccatorum tingi, quæ nullum peccatum
ror. admisisse videbatur, sed Iordane ipso sanctior inuenta,
 magis aquam suo ipsa descensu mundauerit, quàm ipsa
 mundata sit, sed hoc obiter dictum sit, & episcopi magis
 quàm sectæ dictum. Quid igitur de Christi & Ecclesiæ
 mysteriis, mystis, & mysticis instrumentis sectarij? Lucil-
Lucilla. la femina factiosa à Caciliano archidiacono, post catho-
De mortui licorum Episcopo Carthaginensi, correpta, quod ante
superstitios: spiritalem cibum & potum os nescio cuius mortui, si
ante Eucha martyris, nec dum tamen vindicati, libare, & salutari ca-
ristiam liba lici præponere diceretur, cum confusione discessit, & di-
tum. sciplinæ succumbere noluit. Huius muliebris supersti-
Fr. Baldui. tionis, vt sectæ autorem ferunt Donatum docuisse ne-
ex Balsam. minem alias diuinorum mysteriorum participem esse
in can. 61. posse, nisi os in manu tenens, id antea saluaret, & ita
conci. carth. communicaret, pergit, ex quo quæ supra, Opratus, Se-
Lib. 2. cta cruentis Christianorum moribus pasta, & sanguine
 opimata, cruentas passim cædes operata est, De sedibus
 multos suis episcopos extorres fecit, & Basilicas inuasit,
 Episcopis eorum iubentibus & presentibus catholici dia-
 cono super altare occisi, mortui in vteris matrum alio-
 qui nascitur, lacerati viri, tractæ matronæ, infantes ne-
Eucharistia cati, abacti partus. Omnia sacrosancta ab eorum Episco-
canib. pro- pis violata, Eucharistia canibus fundi proiicique iussa,
iecta. Canes non sine diuini iudicij signeo, accensi rabie domi-
 nos suos quasi latrones sancti corporis reos, dente ven-
 dice, vt ignotos & inimicos laniant, iuxta illud, & con-
Matt. 7. uerfi elident vos Honore nominis sui spoliati sacerdo-
 tes, salutationis officium, & in ea vel perfunctoria soli-
 tum osculum denegatum, & conuictus prohibiti. Altaria
 crudeliter fracta, inconsultè rasa aut remota, calida de
 horum fragmentis facta. percussus in altari à Donatistis,
 qui à Iudæis in cruce, Christus, hominum vota cum alta-
 ribus euerfa, linteamina & velamina in mysteriis pera-

gendis à catholicis facta, schismaticis immunda visa, parietes cum pallis aqua falsa loti & exorcisati, calices sacri fracti, & impie reuocati, conflati, passim venditi, empti à sordidis mulieribus in vsus suos, à paganis vasa inde facturis, in quibus incenderent idolis suis, Cemiteria denique eis solis vindicata, non permittentibus ibi sepeliri corpora Catholica, Sic, vti viuos terrerent, male tractati mortui, & negatus funeribus locus, Castimoniales iamdudum professæ, ac Deo consecratæ, aliæ catholicissimi pœnitere iussæ, & non sine opprobrio cineribus immundis aspersæ, crinibus iterum solutis & aqua falsa perfusis. Mitrellas voluntatis bonæ signa, contra raptores & petitores inuenta, non capitis ornamenta, alias proiicere, alias accipere, & professionem secundam exactæ, quasi ad nuptias secundæ eractæ. Aliæ mulieres factæ, matres inuentæ, & ab iis, qui mitellas eis imposuerant, & paulò antè patres ab eis vocabantur, nefariè incestatæ. Sic enim quidam virginibus in pristinum habitum retractis, capitibus olim velatis, denuo nudatis, detractis professionis iudiciis, alij petitores sine proci, alij de sponis raptores effecti. Hactenus Optatus.

*Moniales.**Mitella v r
ginales.**Iconomachica. Cap. XII.*

SEculos multò post Iconomachos peræquè malè sensisse de Eucharistia ex eo conicere est, quòd sacram eius supellectilem nihilomitus quàm imagines tractauerunt, vt testis est Nicenæ II. collator catholicus Epiphanius, ita, Cùm diuersa sacra habemus, eaque amplectimur & timemus, siue reueremur, sanctificationem ab iis quandam nos accepisse confidimus. Quanquam isti (Iconoclastæ) & sacra vasa, & (vt) crucem nugacibus verbis prosequantur, dicentes ea esse cõmunia, & inhonorata, quemadmodum absoluit ea & faber, & pictor, & phrygio, quando nullam sanctam preceptionem habent. Sic aliquantò post, Habemus item & alia plurima consecrata vasa: hæc, quia in nomine tuo fa-

*Act. 6.**Tom. 4.*

Ita sunt & consecrata, exosculamur. Sed isti tanquam
 lingua mendaci thesauros sibi congregantes, vana pro-
 secuti sunt. Quam ob causam & duobus linguæ eorum,
 & improbitus tandem peribit, vt enim lumine acceden-
 te tenebræ fugantur, sic & apparente veritate, gladio
 spiritus, linguæ eorum venenum excisum est. Et statim
 post, Tempa quidem sanctis fabricare, aut imagines
 eorū in tabulis circumferre, contēnentes interim eorum
 virtutes, haudquaquam laudabile est. Nemo enim vi-
 rum laudauerit, quem viderit virtutes sanctorum auer-
 santem, & quotidie illorum imagines circumferentem,
 aut templa illis ædificantem, aut vasa comparantem,
 sui ipsius autem templum diuinis virtutibus non orna-
 tem. Ad ita quippe affectos, Deus ab illorum se obla-
 tionibus oculos auertere dicit, & orationes minus exau-
 dire, nisi lauentur, mundi sint, auferant improbitates ab
 animis, & cessent à malitia, discant contra bene facere,
 iudicium exquirant, liberent iniuria oppressos, pronun-
 ciant pro orphano, ius dicant viduæ. Hæc si rectè fecerim-
 us, tunc quæ à nobis offerentur, grata & accepta erunt
 apud Deum, siue sancta templa fuerint, siue sacra vasa,
 aut etiam venerandæ imagines. Ita commodum nobis
 est ad memoriam horum virtutes exquirere, & pro viri-
 bus imitari. Hoc sanè est martyrum encomium, electo-
 rum ad virtutem conuocatio, vt magnus ait in Morali-
 bus suis Basilius. Inter hoc, laudanda quoque est tem-
 plorum exædificatio, imaginum effiguratio, sacrorum
 vasorum Deo oblatio, hæc enim oportet etiam facere, &
 illa non omittere, vt veritatis verbum nos docet. Vt hic
 eodem honoris loco habuit templa, sanctorum signa, &
 vasa sacra. Contra huius verò sententiam Carolus Ma-
 gnus Rex noster, primus Christianissimi titulum emerit-
 tus, multum abest vt hæc æquet, aut imagines locis, va-
 sis, vel quibuslibet vensilibus diuino cultui mancipatis
 adsociet. Illarum enim consecrandarum nullam vsquam
 in his quæ ab Ecclesia recipiuntur, scriptis haberi institu-
 tionem: in his verò, vasis vtiq; sacris, nihil penè est quod
 non per sacerdotum orationes & consecrationes conse-
 cretur, quorum cōsecrationes ab ipsis Ecclesiæ rudimen-

*Sanctos imi-
tari, nedum
colere.*

Esa. 1.

Matt. 23.

*Lib. 4. c. 16
Imaginum
& vasorum
sacrorū dif-
ferentia.*

eis ab Ecclesiarum præsidibus traditæ noscuntur, & in libris sacerdotalibus exarata habentur, in quibus horum consecrandorum per sacerdotes solemniter prisca celebratur traditio. Neque magis probat quod addit Epiphanius, nos sacra hæc vasa sic osculari amplectique, vt sanctificationem inde quandam nobis speremus. Non enim ad homines per vasa, sed ad vasa per homines diuini nominis inuocatione, & sacrorum mysteriorum celebratione sanctificatio venit: neq; vasis imagines equãda sunt, quoniã in vasis, nõ imaginibus Deo sacrificiũ offertur. Quod si à vasis, quæ utiq; sanctificata sunt, hominibus sanctificatio minimè impertitur, multò minus ab imaginibus, vt quæ nec sanctificare, nec sanctificari possunt. Iisdem porro testibus, Iconomachi minus rectè senserunt de sacrosancta Eucharistia, aut certè minus apertè ac sufficienter, quòd eam ex eorum parte disputator Gregorius Neocæsareæ episcopus, typum, sine imaginem viuifici corporis dominici vocet, & recordationem efficacissimam. Addit autem, Sicut secundum naturam Christi corpus (quòd à Deo esset) sanctum est, sic & positione imago eius sancta, vt quæ per quandam sanctificationem ipsa Dei gratia maneat. Hoc enim Dominus Christus tractauit, vt sicuti carnem assumptam propria secundum naturam sanctificatione ex sua vnitione deificauit, similiter panem etiam Eucharistiæ, veluti veram imaginem naturalis carnis spiritus sancti aggressionem sanctificatum diuinum corpus esse voluit, eique sic placuit. Medius autem venit sacerdos, qui ex communi sanctum id facit. Et caro quidem Domini iuxta naturam animata & intelligibilis, per spiritum sanctum diuinitati iuncta est, Eodem modo & à Deo tradita imago carnis eius, panis scilicet diuinus impletus est spiritu sancto, cum poculo quoque sanguinis lateris illius viuificantis. Hæc igitur vera incarnatæ dispensationis Christi Dei nostri imago, quam nobis verus & viuus naturæ creator, propria voce suis sacerdotibus & mystis tradidit. Hæc ibi. Ego quidem sub hoc lapide tantum dormire scorpionum minus putarem, nisi Epiphanius huius antagonista totam hanc orationem tunc in Concilio abominatus fuisset, vt absurdam,

Act. 6.

Tom. 3.

periculosam, erroneam, vaniloquam, quod sanctorum, qui spiritus sancti tubæ fuerunt, Apostolorum nemo, aut gloriosorum patrum, incruentum hoc sacrificium in memoriam passionis, totiusque dispensationis Dominicæ factum imaginem corporis illius dixerit, Non Euangelistæ, non Paulus, apud quos ait Dominus, sumite, edite, bibite carnem meam corpus meum, sanguinem meum, non imaginem corporis aut sanguinis mei. Legas, ait, quousque voles, nunquam inuenies neque Dominum, neque Apostolos, neque patres hoc quod à sacerdote offertur, sacrificium, imaginem dixisse, verum ipsum corpus, & ipsum sanguinem. Attamen hæc ante sanctificationem sine consecrationem vocare corporis & sanguinis Christi, *ἀνέτυχη* id est, similis formæ exemplaria, quibusdam patribus pie sanè visum est, post consecrationem autem, corpus & sanguinem Dominicum, atque ita esse creduntur. At generosi isti, ut sanctorum imagines earumque usum obscuraret, eam scilicet imaginem introduxerunt, quæ sanè imago non est, sed corpus & sanguis. Sed vana confusi sophisticè seipsum subuertunt, hæc sacram oblationem positione fieri dicentes. Quod dicere, aperta insanix est, & eiusdem amentix imaginem asserere corpus & cruorem Domini: Rudè item & impium. Deinde mendacium dimittentem, veritatem quadantenus contingunt, confessi panem diuinum corpus fieri. At si panis imago corporis est, non potest sanè diuinum corpus fieri. Huc ergo illucque se

Similitudo.

*Lib. 4.
cap. 14.*

iactantes, dogmata maximè firma serunt & asserunt. Ut enim oculus conturbatus minus rectè videt, sic isti prauarum sententiarum confusione mentem perturbant, & quod insani homines, patiuntur, iam hoc, iam illud imaginantes: & nunc quidem sanctum & notabile, sacrificium nostrum, imaginem sacri corporis Christi, nunc autem sacrum & diuinum corpus asserunt. Nec verò aliter, nisi quod clarius, hunc Gregorium tractauit qui & ubi antè imperator Carolus, Eundem nimirum, siquidem de corporis & sanguinis Domini mysterio, quod quod die in sacramento à fidelibus sumitur, dicere voluit, cum dixit. Exultent & lætentur, & ut habet moderna versio, libertate lingue fruantur, non ut vetus, præsumat, qui veram Christi ima-

ginem (sincera mente) facientes, diligentes, venerantes, ad salutem animæ & corporis offerant, &c. In hoc non mediocriter errauisse. Non enim imaginem aut aliquam præfigurationem Dominus, sed semetipsum Deo Patri pro nobis in sacrificium obtulit: & qui quondam sub vmbra legis in agni immolatione, aut rebus aliis imaginariè præfigurabatur offerendus, veraciter ea consummas, quæ de se vatum oraculis prophetata sunt, Deo Patri victima salutaris oblatus est, nec nobis legis transeuntibus vmbreis, imaginarium quoddam indiciũ, sed sui sanguinis & corporis contulit sacramentũ. Non enim corporis & sanguinis Domini mysterium imago iam nunc dicendum est, sed veritas: non vmbra, sed corpus: non exemplar futurorum, sed id quod exemplaribus præfigurabatur. Iam aspirauit dies, amota sunt vmbra. Iam finis legis ad iustitiam omni credenti Christus aduenit, iam legem adimpleuit: iam qui sedebat in regione vmbrae mortis, lucem magnam vidit: iam velamen Moyfi decidit, & velũ templi scissum, arcana nobis & ignata quæque ostendit: iam verus Melchisedech, Christus videlicet rex iustus, rex pacis, non pecudum victimas, sed sui nobis corporis & sanguinis contulit sacramentum: nec ait, Hæc est imago corporis & sanguinis mei, sed, Hoc est corpus meum, quod, &c. Hic est sanguis meus, qui, &c. Cũ ergo corporis & sanguinis Christi mysterium, quod in veritate gestum esse constat, non in figura, vera Christi dici non possit imago, merito in hoc Gregorius reprehenditur, Hæc princeps noster. In quibus duo hæc obiter obseruo, huius sacramenti & præ veteribus excellentiam, & formam siue Dominica verba eius, consecratorio, inferre rerum veritatem atque præsentiam. Verum antequam porro pergamus, aliquid de Antitypis, quatenus hoc vocabulum Eucharistiæ conuenit, hic dicendum. Citat id superior Epiphanius ex magnis illis fidei aduersus Arrianos propugnatoribus, Eustathio & Basilio. Quorum alter ad id, Edite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis, ait, Per panem & vinum, & *ἡ τῶν* membrorum corporaliũ Christi prædicat, Alter ex eodem fonte hauriens, vt omnes sacerdotũ mystæ cognoscunt, in preceatione diui;

Cant. 2. 4.

Rom. 10.

Matt. 5. 4.

Esa. 9.

2. Cor. 3.

Matt. 27.

Gene. 14.

Heb. 6. 7.

Antitypa

Prou. 9.

Anaphora.

*Lib. 4.
cap. 14.*

*Exemplar.
i. Clifton.
ad eū Da-
masceni lo-
cum.*

Hebr. 8.

næ Anaphoræ (ita Græci Missæ partem vocant) sic alicubi legit, confidentes tuo sacro altari appropinquamus, & proponentes antitypa sancti corporis & sanguinis Christi tui ite precamur & inuocamus. Et quæ deinceps sequuntur, confirmant hæc ante sanctificationem vocari antitypa. Citauerat & hoc Damascenus, vt ex eo videatur hic Epiphanius didicisse, ita, Et si quidam exemplaria corporis & sanguinis Domini, panem & vinum vocarūt, vt deiser Basilius, non tamen post consecrationem dixit, sed priusquā sanctificaretur oblatio, ita vocabant. Quamquam & futurorum dicuntur exemplaria, non quidē vt non existentia verē corpus & sanguis Christi: sed quoniam nunc quidem pro ipsa participamus Christi diuinitati, tunc autem intellectualiter per solam visionem. Porro in Basilij Anaphora, eo vbi antè loco, noua ex Syrica lingua per Andream Masium versio, habet sic, *Qui* proposuimus typum corporis & sanguinis Christi tui, adoramus & supplices rogamus, veniat spiritus sanctus tuus super hæc diua, sanctificet ipsa, & efficiat panē hunc corpus gloriosum Domini, &c. Et calicem hūc sanguinē Domini Dei preciosum, &c. Noua latina ex græca Germani archiepiscopi Constantinopolitani rerū Ecclesiasticarū theoria reliquit vocē græcā antitypa. Vetus Basilij Missæ, & Marci Ephesini, cōfiguralia Bestiariō ex Græco latinus, ex Niceno Romanus Cardinalis, præfiguratiua corporis & sanguinis Domini trāstulit. Et quidem si de vocabulis quoque latinis agitur, quāuis exēplar plerūque designet id præcipuū, cuius aliqua est imago aut similitudo representās: quomodo cœlestia & spiritualia terrestriū sensibiliūque exēplaria & veritates dici solēt, hoc certē sensu nō iam elemēta consecrata essent corporis & sanguinis Domini exēplaria, sed è cōtrario corpus & sanguis Domini essent sacrorū signorū exēplaria, id est, veritates ac res ipsæ per ea sic designatæ, vt & verē exhibitæ, oblatæ, receptæ. Tamen quia nōnunquam exēplar figuram designat & imaginē aliquid excellentius aut perfectius representantē, vt ibi, *Qui* exēplari & vmbra deseruiunt cœlestiū, vbi Apostolus veteris instrumēti ritū eorum quæ lux depromit Evangelica, & quæ cœlestis habet ciuitas, vocat

exemplaria. Et paulò post, Non enim in manufacta sancta Iesus introiuit, exemplaria vererù, sed in ipsum cœlù, vbi sancta sanctorù à Moysè fabricata vocat etiã exemplaria vererù tabernaculorum in cœlestibus collocatorù. Hoc igitur pacto & significato Damascenus, vel eius potius interpretes, & eù secuti, panè & vinù cõsecranda, antequã sanctificata sint, exèpla dixerùt & figuras corporis & sanguinis Christi, post cõsecrationẽ non amplius sic dicẽda, sed ipsam rerù veritatem, verum scilicet Christi corpus, verùque sanguinem. Annotat tamẽ & post benedictionẽ siue cõsecrationem dici posse futurorù exemplaria, quia in futura vita perfectius & apertius Christi tũ diuinitati tũ humanitati participabimus, non iã eis sub specierum sacramentaliũ velamento cõmunicantes, sed facie ad facie eas contèplantes, proinde in huius mysterii sumptione futuræ gloriæ pignus nobis dari dicitur. Hæc Latinus Damasceni scholiales. Verùm ij videntur timoratiores aliquatò, & quod vel poëta, omnia tuta tinuisse, vel propheta, timore vbi timor nõ erat, cupidasse. Nam Carolus *Psal. 13. 52.* quidem magnus, sacramentum hoc videtur non simpliciter aut absolute negasse exemplar, figuram, imaginem, sed vt sacrificia vetera futurorum, corporis scilicet atque sanguinis Christi, quasi hic nõdũ venisset, aut quasi venerit licet, horum, quia sursum redierit, peræquẽ vt antequã incarnatus esset, absentiũ, Eucharistia exèplar, imago, & figura tantũ esset. Qui error est modernorù nouatorũ, tam rerum scilicet veritatem à figuris sacris absentarium, quàm cœlos à terris. Quo sublato periculo nõ dubitarunt aut reformidarunt Eucharistiam vocare, Græci quidẽ omnes *μυστήρια*, Dionysius, Clemens Alexandrinus, & Origenes *σύμβολα τοῦ σώματος καὶ αἵματος*, Basilius & Nazianzenus *ἁγίασμα*. Latini autẽ omnes sacramentũ, ac proinde signũ sacrũ, quidam etiã exèplum, similitudinẽ, imaginẽ, & figurã corporis & sanguinis Christi, sed rerù vtiq; tam in his mysteriis præsentũ, quàm signa sunt præsentia. Vt mirũ sit Epiphanium hũc tantũ videlicet signorũ ac imaginum *προμακρ*, id tanto serio, ac velut ex prouocatione negauisse. Negauisse autẽ, quæ cum negari non possint,

- Quintil. certè aut defendenda sunt, aut causa cedendum, vel quod
 Lib. 3. cap. deterius est, cadendum, vt hîc nos instituerunt rehetores.
 de refuta- Nos autem, Deo propicio, causa hac nec cedemus, nec ca-
 tione. demus, neque tamen negabimus, quæ tum hoc antea li-
 Arolog. bro & alibi agnouimus, atque probauimus, vt aperta &
 lib. 7. vtrinque confessâ, & quo plus legimus, hoc etiâ non que-
 cap. 7. rentes frequētius reperimus, Ait enim, vt vtrouque præ-
 Homil. 17. allegata non reperamus omnia, Chrysostomus, vel ex e-
 ad heb. 10. ius commentariis post ipsius obitum Constantinus pres-
 De conf. byter, Mutio Scholastico interprete, ait item Ambrosius,
 dist. 2. can. hoc quod per singulos dies offerimus sacrificium, exem-
 in Christo plar, siue vt legitur in canonibus Ecclesiasticis, & senten-
 semel. lib. 4. tiis Theologicis (nihil autem hîc refert) exemplum illius
 sententiar. in Christo (in cruce) semel oblari ad salutem sempiternâ
 dist. 12. & potentis. En exemplar, en exemplum, si de his modò vo-
 Exemplar. cabulis disputatur, ac non potius de rebus ipsis. Sequitur
 Exemplū. figurâ, sed eodem vtrique sensu, vocabulum. Ait Hilarius
 Figura. papa, nescio quorū, sit fides penes Gratianum citantem,
 Ca. in Chri- & idem in Hilario librorum de Trinitate, autore, repetē
 sto pater. ca. tē, sed in hoc posteriore desunt hæc, corpus Christi quod
 corpus Chri- de altari sumitur, figura est, dum panis & vinum videtur
 sti. extra: veritas autem, dum corpus & sanguis Christi in ve-
 Can. vtrū. ritate interius creditur. Ait Augustinus, Christus Iudam
 ita Pascha- adhibuit ad conuiuium in quo corporis & sanguinis sui
 sius. figuram discipulis commendauit & tradidit. Et. Non du-
 De sacramē bitauit Dominus dicere. Hoc est corpus meum, cum si-
 tis. lib. 4. gnūm daret corporis sui, Et corpus & sanguis Christi est
 cap. 5. veritas & figura. Veritas, dū spiritus sancti virtute ex panis
 Imago. & vini substantia efficitur: figura, id quod exterius senti-
 De officiis tur. Ait Ambrosius, Vis scire quia verbis cœlestibus con-
 lib. 1. cap. secratur (corpus indubiè Christi) accipe quæ sunt verba,
 48. Dicit sacerdos, fac nobis hanc oblationem ascriptam, ra-
 In Psal. 3. tionabilem, acceptabile, Quod est figura corporis & san-
 Contra guinis Domini nostri Iesu Christi. Et Augustini de Iuda
 Adimulū. locum suum ad verbum fecerunt Eucherius & Angelo-
 cap. 12. nius, ad librum regum secundum. Quibus anterior S. E-
 Signum phram Syrus Diaconus Edissenus. Inspice, ait, quomodo
 cap. 9. Et 17 samens Dominus panem, benedixit ac frangit in figurâ
 De infero immaculati corporis sui, calicēque in figura preciosi san-
 guinis

quinis sui benedicit, &c. vt vel hoc nomine immeritò ma-
 tabili natua
 le audiat Tertullianus, quidem enim eandem quã eo po-
 ra F. D. c. 4
 steriores recipiat sententiã? Reliqua est vox tertia, imago. Lib. 4. in
 Nec verò ab hac magis, quàm à duabus superioribus ab
 marcionem.
 horret idem Ambrosius, ita scribens, illa nobis expetenda,
 in quibus perfectio est & veritas, hinc vmbra, hinc imago,
 illic veritas. Vmbra in lege, imago in Euangelio, veritas
 in cœlestibus. Antè agnus offerebatur & vitulus, nunc
 Christus offertur, sed offertur quasi homo, quasi passio-
 nē recipiens, & offert seipse quasi sacerdos, vt peccata no-
 stra dimittat, hinc in imagine, ibi in veritatē, vbi apud Pa-
 1. Cor. 13.
 trem pro nobis quasi aduocatus interuenit. Hic ergo in 2. Cor. 5.
 imagine ambulamus & videmus, illic facie ad faciē, quia Lib. 7.
 perfectio omnis in veritate est. Hunc Ambrosii locum in cap. 11.
 Apologia pro virili excussimus, & nisi fallor, illustraui-
 Part. 2.
 mus. Et comperimus post idem quod nos Dionysium artic. 4.
 Rickelium Cathusianum scripsisse in Epitome librorum & 10.
 vtriusque testamenti. Vt vmbra quidem sit legis veteris,
 nempe obscurior: imago verò nouæ, purior quippe ac
 expressior: sine hac autē & illa veritas in cœlo perspicua.
 Quo sensu dicebã Christianos medios inter veteros he-
 bræos & beatos spiritus diuinis his rebus frui ac partici-
 pare. Superiorem igitur Ambrosii ad Hebræos locū Tho-
 mas Aquinas coniungens cum Augustini ad simplicianū
 responsione, Quod solent scilicet imagines, earum qua-
 rum sunt imagines, rerum nominibus appellari. Respon-
 det huius sacramenti celebrationem conuenienter dici
 Christi immolationem, quod sit imago quædam Christi
 passionis, quæ vera est eius immolatio, representatiua.
 Qua etiam ratione & altare sit crucis representatiuum, &
 Altare.
 sacerdos Christi gerat imaginem, in cuius persona & vir-
 tute consecrationis verba pronunciet. Et idem alibi Au-
 gustinus Dominus, ait, sacerdos noster secundum ordinē
 Sacerdos.
 Melchisedech, seipsum obtulit pro pectoris nostris holo-
 Libro 83.
 caustum, & eius sacrificii similitudinem celebrandam in
 Questionū.
 suæ passionis memoriã cōmendauit. Et paulò post. Mun-
 dationem pectorum Dominus oblatione holocausti sui,
 Questione.
 quod in veteri sacerdotio figurabatur, impleuit: & holo-
 causti eius Insignem ad memoriã passionis suæ in Eccle-
 61.

Q

fia celebrandã dedit, vt esset sacerdos in æternũ, non secundũ ordinem Aaron, sed secundũ ordinem Melchisedec. Cuius rei sacramentũ adhuc diligentius considerari potest. Sic veteres. Vt minus miremur, cũ alios tãtò post, tum Petrum Cluuiacensis in hæreticos sui temporis Eucharistiã negantus, eam quibus suprã, nominibus appellare, sed non sine expositione, signum hoc ait, à Christo propositũ est, quod ita signũ est, vt sit tamen idem quod signat. Et. Sacramentum mysteriũ, species & figura vocatur, quia intra hoc quod exterior forma nunciat, virtus diuina verũ corpus & sanguinem redemptoris occultat. Et sacramentum quidem corporale est, q. verũ corpus, & verus Christi sanguis est, hoc est, esca corporis, & potus Christi sanguinis. Et. Quantũ ad veritatem corporis & sanguinis Christi est idem quod signat, quam tamẽ maximẽ signat. Sed omnem si quis adhuc de his vocabulis supererat, scrupulum nobis exemit doctissimus ille græcolatinus Bellario, Quo enim libello disputat cõtra Græcos olim suos, Eucharistiã verbo Domini, nõ ministri prece cõsecrari ac cõfici, ad Damasceni, aliorũque quibus Græci aduersum latinos abutũtur, autoritas, disertẽ respõdet, sacramenta etiã postquam cõsecrata sunt (nã antè nec sacramenta quidẽ sunt) figurã esse, & ideo etiã præfiguratiua veri corporis & sanguinis Christi dici posse. Sẽnsibilis enim panis & vini etiã post cõsecrationem species, figurã quãdẽ & præfiguratiua vt sunt, ita etiã dici possunt, tũ cõtenti sub eis veri Domini corporis & sanguinis, tũ mystici etiã corporis, & Ecclesiasticę vnitatis: ipsum quoque verũ corpus mystici corporis symbolũ ac signũ esse. Nã & Dionysius sacramentũ hoc etiã post consecrationẽ, sacramentalem illam cœnã sacramentorũ & Dominici corporis ac sanguinis in ea cõsecrationẽ, traditionẽ, distributionẽ, hæc inquã, sacra diuinissima numera Dionysius nõ semel vocat symbola, cur nõ etiã figuras conuenientissimẽ vocet? Atqui neque Damascenus præfiguratiui vocabulũ corporis sanguinique Christi cõuenire negat, vt antè audiimus, sed futurorũ, vt Gregorius apertius confirmat, quia nũc verẽ quidẽ hæc, sed sub speciebus & figura panis & vini participamus, tunc autẽ Christũ talem qualis & sicut verẽ est, clarissima & manifestissima visione videbi-

Lib. 1. epist.
2. cap. 4.
Signum.
Mysteriũ.
Species.
Figura.

Ecl. Hier.
cap. 3.

mus & contēplabimur. Nō ergo, ait, video quid tandē for-
midās Damascenus præfiguratiui aut exēplaris vocabulū
renuerit, ideōque ita exponere conatus sit, cū possibile
sit tā ex ipsiusmet, quā cæterorū doctorū sententia, ve-
rum Christi corpus & sanguinē, figuram sine præfigura-
tiua nominare: sed debito modo, ac sensu prædicto, & se-
pe dicendo. Mirum igitur hoc Damascenū dixisse, sed ho-
mo nimirū fuit, mirē licet sanctus, qui tamē pro imbecil-
litate humani ingenii potuerit aliquid non rectē sensisse.
Nos verò nō ex iis aut talibus, eū vel alios, sed ex iis quæ
palā ac vnanimiter tradiderūt, discernere ac iudicare de-
bem⁹. Fortasse autē, nec impossibile est, Basilii verba, qui-
bus hæc numerā nominauit antitypa, locū ante verba cō-
secratoria, Damasceni tēpore in Missā habuerūt, vt sic ea
exponeret, nūc nescio quomodo sunt trāsposita, Qualia
lōgo tēporū interuallo multa occiderūt, &c. Cauēdū autē
præmonuerat Bessario, quod & Catholice, quisquis es, vt
Vnū illud tibi note Deo, præque omnibus vnū (cū poëta dicā,
Predicam, & repetens iterumque iterumque monebo. *Ancid.*
Hic enim præcipuus sacramētariæ cōtrouersię cardo est.
Cauendū, inquā, ne quis Eucharistiæ sacramētum figurā
dici audiēs, dicere propterea vel omnino suspicari ausit,
non esse verū Christi corpus. Absit à mēibus fideiū tāta
blasphemia. Hoc enim modo preciosa Domini mors &
gloriosa resurrectio, cū nostræ tū mortis tū resurrectio
nis primariis Apostolis exēplū dicātur & figura, veræ nō
fuisent, quod & antē argumētum tractauimus. Sic igitur
Eucharistiæ sacramētū figura est & veritas, vt nihil inde *Rom. 6.*
absurdi sequatur. Nā & sacramenti nomen alicuius alte- *1. Pet. 2.*
rius signum & figuram significat, siquidem sacramentum
rectum mysteriis esse decet, ac secretū, & aliud extrinse-
cus præse ferre, aliud, quod intelligatur intrinsecus habe-
re. Neminem ergo conturbet figuræ nomen. Nec quod
idem Damascenus sic ait, Panis & vinum non est nisi fi-
gura corporis & sanguinis Christi Absit, sed ipsum Do-
mini corpus deificatum, ipso dicente, hoc est, corpus
meum, hic est sanguis meus, Non, hoc est figura cor-
poris & sanguinis mei. Primò enim panis & vini no-
mine, non visibilem eorum speciem, sed ea in corpus &

*Sacramen-
torum vete-
rium & no-
uorum dif-
ferentia.*

*Ioan. Ros-
ensis in
Ioan. Oeco-
lampad.
Præm. lib.
2. Q. cap.
16. b. 18. d.
19. a. 25. c.*

*Præm. lib.
4. h.*

fanguinem substantialiter transmutata intelligit. Deinde figuram hoc eadem loco, non umbram illam, quæ nihil aliud quàm figura est simpliciter aliud significans, nullam omnino aliam faciendi vim & potestatem habens. Sic legis veteris sacramenta figuræ fuerunt, sacrorumque tantùm significatiua, non effectiua, non ipsa quæ significabant, sacra erant. Noua autem non significatiua solùm & figuræ salutis sunt, verum etiam salutifera, seu salutis effectiua, ipsaque sacra, & sacra sacrarum rerum figuræ, hoc enim interest inter ea, quod illa duntaxat significabant, hæc etiam efficiunt & præbent. Sic Hilarius, Ambrosius, Augustinus figuram hoc loco accipiunt, quæ scilicet quoad panis viuique species sensibiles, siue exterioribus sensibus subiacentes, aliud & aliud significant, Christi videlicet corpus verum & mysticum, & tamen veritas sit ac credatur. Vt vbi Damascenus veteres secutus doctores Christi corpus & sanguinem figuratiua futurorum dixit, figuram vtique siue discrimine dicere potuerit. Hæc & multò plura Bessarion. Cuius distinctio mihi quædam quasi clavis huius causæ sacramentariæ visa est, vt vbi patres Eucharistiam figuram aiant, effectiuam eam quoque aiant esse, nedum significatiuam: vbi verò negent, significatiuam veritatis duntaxat esse negent. Quod etiam nostri secuti sunt Catholici, rerum hîc præsentium maximi quique promachi, agnoscentes hæc etiam iam conuersa nihil prohibere exemplaria verè dici, tum corporis exanguis, quod in cruce pependit, pariter & sanguinis in eadem fusi, tum Christianorum colligationis ad inuicem, vt membrorum sub vno capite, tum beatitudinis futuræ, quando omni prorsus sublato velamine res ipsas contemplabimur, Nec species modò has, sed & ipsum ibi Christi corpus sui ipsius exemplar & figuram esse, non simpliciter & absolute consideratum, sic enim idè exemplar esset & exemplatum, figura & figuratum, sed quod quæ sub specie panis seorsum à vini specie referat ac repræsentet id ipsum exanguie in cruce in vera carne pependisse. Et cum Ambrosio tria distingunt tempora, legis, gratiæ, gloriæ: sub primo meras umbras, sub secundo nò solas umbras, sed res volatas, & suo quodam mo-

do imagines, sub tertio res absque volo, I. nudas ipsas veritates. Nec lectorem moueri debere, quod Ambrosius dixerit in cœlo veritatem, hinc imaginem: Nam ibi, ait, facie ad faciem veritatem videbimus, hinc velatâ, ac proinde sub imagine habemus. Hæc ego pluribus & sapius, quod viderem hac in causa quosdam ad hæc vocabula Catholicos quidem timoratiores trepidare, & ceu insolentia, quasi scopulos naufragiis infanes evitare: nouatores autem nimio iactantiores ad eadem tories obuia triūphare. Cùm è contrario patres eadem ferè non vsurpent, quin eodem loci, aut alibi sæpe rerum de quibus hinc agitur, in his mysteriis veritatem & præsentiam studio asserant & serio, vt Ambrosius quo de sacramentis opere inscripto, tam apertè sacramentariis aduersatur, vt cùm soluere nequeant, quo eum, vt alibi: more negent, ab his tamen ibi vocabulis minimè abhorret. Et cum eo Chrysostomus, quantus, Deus bona, Eucharistiæ asseritor & adorator, vbi exemplar appellat, addit, Vna est hæc hostia, non multæ: ne nunc quidem alium agnum, cras alium, sed semper vnum eundem ipsum offerimus. Alioqui hac ratione quia in multis locis offertur, multi Christi sunt: Nequaquam, sed vnus vbique est Christus (id est vtrobique, ne hinc Vbiquistæ suum nouum commetum fulciât, nam seipse nullo medio sic exponit) & hinc (in altari) plenus existens, & illic (quondam in conce) plenus (id est, & à Deus & quæ homo) vnum corpus. Sicut enim qui vbique offertur, vnum corpus est, non multa corpora, ita vnum etiam sacrificium, non aliud sicut & idē pontifex, qui hostiam mundantem nos (tūc) obtulit, ipsam & nunc offerimus, quæ tunc oblata, consumi non potest. Quod autē facimus, in eius sit commemorationē, quod factum est, id ipsum semper facimus, magis autē eius recordationem operamur. Hæc illi. Apud quos audis, sit licet Christi in altari sacrificium sacrificii in cruce exemplar, vtrobique tamen non eundem tantum Christum & quidem plenum, id est Deum hominem, sed vnum etiam idemque corpus existere ac offerri: vt collectio admodū prapostera sit, sacrū quod in altari facimus hostiæ quæ in cruce immolabatur, exemplar est, ergo corpus hoc illius

*Lib. 1. cap.
13. 32. lib. 5.
cap. 21.*

*Vbiquista.
Christus i-
dem in alta-
ri, qui olim
in cruce.*

*Lib. 1.
cap. 19. a*

exemplar est. Aliud enim est sacrificiū seu sacrificatio, aliud ipsum sacrificatū corpus: siue, aliud est oblatio, & aliud res oblata. Et nos tamē concessimus, & iuxta intellectū sanum adhuc concedimus, corpus ipsum sui exemplar esse, aliter atque aliter consideratum. Sed inualida rursus peræquē consecutio, sacrificium hoc, corpus hoc exemplar est, similitudo est, imago est, figura est, recordatio est, &c. Ergo præterea nihil, vel nihil aliud quàm hæc, ac non etiam res ipsa, corpus ipsum dico. Nam immolatio quæ fit manibus sacerdotis, vocatur Christi passio, mors, crucifixio, non rei veritate, sed significante mysterio. Alioquin oporteret eum frequenter, Passio enim est Domini, sacrificium quod offerimus, ait sanctus martyr Cyprianus. Corpus autem ipsum idem utrobique oblatum, modo illic quidem cruento, hic autem incruento. Exemplar est, &c. Ergo nihil quàm exemplar, &c. Absit à nobis hæc dialectica, iuxta hanc enim (vt omittam argumētum de Christi morte ac resurrectione, vtraque nostræ figura, & re tamen vera) Christus ipse, cū sit iuxta Paulum figura substantiæ Patris, patri non fuerit consubstantialis: cū sit imago Dei inuisibilis & incōspicui, Deus non erit: cū sit in similitudinem hominem factus, & habitu seu figura inuentus vt homo, homo quoque minimè fuerit, & sic nec Christus. Absint ratiocinationes tam blasphemæ. Sed sicut Christus sic est Dei imago, vt Deus verus: sic figura patris, vt plenam patris habeat substantiam: sic hominibus similis, vt homo etiam verus sit. Ita corpus eius in altari, sicut quondā in cruce sic exemplar est, vt eadem sit res, & tunc illic, & nūc hic plena existens & vna. Sed hanc litē non malè diremisisse videtur Anselmus inter Antiberengarianos hoc est tūc catholicos, non vltimus Christi, ait, benedictione panis fit corpus eius, non significatiuè tantum, sed etiā substantiuè. Neque enim ab hoc sacramento figurā omnino excludimus, neque eā solā admittimus, veritas est, quia corpus christi est, figura est, quia immolatur quod incorruptibile habetur. Si hoc corpus Christi corpus significatiuè tantum, non etiam substantiuè fieret, hoc figura tantum, non veritas corporis Domini existeret. Nihil contrā ad figuram quod sequitur. Quod pro vobis traderetur, &c. Hæc ille.

Cap. 16.

Magister
lib. 4. dist.
10. c.

De conf.
Dist. 2.
ca. hoc est.

Heb. 9.
Lib. 2.

Epist. 3.
Rom. 6.

1. Pet. 2.
Heb. 1.

Col. 1.
Phil. 2.

Lib. de di-
uinis offi-
ciis citatur.
a D. Gare-
tio et D.
Demochare
Significa-
tiue.
Substanti-
ue.

Redeo tandem ad Iconomachos, qui siquidem Eucharistiam Christi duntaxat imaginem esse aut figuram agnoverunt, ac proinde nec adorauerunt, sint sane inter maiores sacramentariorum: sin cum typo & imagine veritatem diuinumque Christi corpus & sanguinem crediderunt, quod Gregorius eorum promachus sensisse videri possit, vt qui eam se suosq; vera demum Christi imaginem sincera mente sine animo benigno facere, desiderare, diligere, venerari, & ad animi corporisq; salutem offerre in ea Synodo professus est, deteriores sunt Iconoclastis hodie nouatores. Illud certe vtrisque commune, vt Diuorum imagines, ita Dei templa, altaria vasa, ministros, & quicquid est ministerij Eucharistici, sursum deorsum turbare. Quales qui tunc Iconoclastiae fuere correpti Graecorum Imperatores, Constantinus IIII. monasteria, sacrasque virorum & virginum domos partim militibus in habitaculum dedit, id est, profanauit, partim a fundamentis diruit, vasa sacra, pecora, & quicquid eorum patrimonij erat, vendidit, libros etiam combussit, monachos sic persecutus, vt ne vnus quidem in tota sua ditione relinqueret. Tum etiam Colmas Epiphaniae in Apamia Syriae episcopus, accusatus super diminutione sacrorum vasorum, cum ea minimè restituere posset, discessit ab Orthodoxia, & desciiuit ad Iconomachiam, ea post de causa communi coepiscorum sententia, in sua cuiusq; ciuitate anathemate percussus. Melior nihilo Nicephorus Imp. principes militares iussit Episcopis & inferioris ordinis clericis more seruorum abuti. In episcopia & monasteria & ea quae horum erant, adire ac inuadere, eos contra qui a seculo diuinis contulerat obsequiis aurea vasa vel argentea, vituperans, & Ecclesiarum sacrata quaeq; pro communibus haberi dignum dogmatifans, instar Iudae tale quid super Dominica decerneretis vnguento. Haec quisquis fuit Annalium Constantinopolitanorum ad Romanam Eutropij & Pauli diaconi historiam adiectorum rhapsodos. Addit Zonaras Michaële Theophili filium Theodora matre imaginum licet restitutrice natum, principem caetera nihili, eum maximè ob causam inuisum fuisse, quod adolefcetes quidam nefarij eius alumni, pontificum sibi habitum sumentes, incruentam se victimam

Imp. Iconomachi yde Mouachomachi. Paul. diacon. lib. 22. Et 24. rer. Rom.

Cedrenus pag. 395.

Iudas.

Missam fingentes Et irridentes.

Q iij

immolare simularent, principe præfente ludum minimè ludicrum, sed horrendū potius ludētis, & aceto ac sinapi in vasis aureis & gemmatis temperato, eam sodalibus & colluforibus potionem impertiebant. Quæ qualiāq; quia diutius recēfere non superfluū fortè minus quàm permo leftū fuerit. Hic ergo Iconomachia, quatenus cū pugna Eucharistica commune aliquid habuit, finis tandem fit.

Burgandica.

Cap. XIII.



*Tom. 2. Cō-
cilior. inter
huius rescri-
pta. Titulo
17. De pœ-
nitentiis. ex
Gratiano
12. q. 2. ca.
De viro.*

*Sacrilegorū
pœnitentia.*

Nisi quod huius Michaëlis III. Imperiū hi-
storiæ me admonuit ab hac causa fortè nō
omnino alienæ. Nam qui ad eum scripsit
Nicolaus I. Rom. pont. scripsit & ad Fron-
tarium Burdegaleñ. episcopū super latro-
nem nefando, nomine Burgando, sed Apostolicam con-
sulentem. Vir is nepharius episcopo in quadam Ecclesia
suæ villa cum clero & populo manente ac docente, dia-
bolica rabie commotus, Gentilium more per abruptu iti-
nera & compita insidiant, collectis malitiæ suæ sequaci-
bus in Gallia nostra prædabatur, sacra tum altaria, tum
Dominici corporis & sanguinis vasa, quasi vilia & ad
communem vsum apta ausu dæmoniaco rapere præsu-
mens. Hunc cum suis complicibus, si quando ad pœni-
tentiam diuina tacti gratia reuerterent. Respondit Nico-
laus, vno anno extra Dei Ecclesiam, cuius sanctissimava-
sa extra ritum fidei Christianæ abstulerat, abstinendum,
altero extra fores Ecclesiæ sine communionemāsurum,
tertio in Ecclesia inter audientes sine oblatione staturū,
à carnibus & vino abstinentem, ab iis denique ad septi-
mum vsque annum tribus in hebdomada diebus abster-
turum: anno tamen quarto, si modo fructuosus fuisset
triennalis pœnitentię labor, communioni fidelium resti-
tutus, & sacrilega hæc nunquam se facturum pollicitus,
Christi corpus & sanguinē susciperet. Hæc tum fuit præ-
donibus sacra & diuino cultui dedicata, quasi prophana
contrectantibus & diripientibus indicta pœnitentia. Bur-
gandos enim hos latrones fuisse lego, hæreticos non le-
go. Sed nimirum quales superioribus bellis ciuilibus v-

trinque passæ sunt Ecclesiæ, non tantum quos Hugones
vocant, sed & qui Papones ab his vicissim vocantur, vtri-
que non iam milites legitimi, sed latrones verissimi.

Armenica, & Messalianica. Cap. XIII.



Armeni circiter aut etiam ante Iconoma-
chos, schisma fecerunt. Sed qui hæresim
hanc sacramentariam eis impegerit, præ-
ter Guidonem Carmelitam tãto post, ha-
beo neminem. Facit autem is eorum erro-
rem *xxii.* cum primis illis Capernaitis apostatis com-
munem, Christum, Christi que in hoc sacramento cor-
pus non esse panem viuum, sed figuram meram, merum
aque sine vita panem, adeoque contra Paulum hinc non *Ioan. 6.*
diudicare corpus Dominicum, vt etiam contra suũ ipso- *1. Cor. 11.*
rum canonem, similitudinem tantum eius corporis agno-
scant in Eucharistia, non etiam veritatẽ. Vt nec verẽ qui-
dem dicere possint quod in missa sua legunt, scilicet quod
per verba fiat eis aut efficiatur verũ Christi corpus & ve-
rus sanguis, secũdum quod exponunt, vt sic vera vtriusq;
similitudo, & tantum quidem similitudo, non verò etiã
veritas. Sic igitur sua legebãt, vt non intelligerẽt, & Do-
mini corpus & sanguinem hinc in signo tantum & figura
siue similitudine, non etiam verẽ ac realiter sub panis &
vini speciebus crederent, & sic, vt hos reprehendẽs Da-
mascenus dicit, vera sacramenta perderent. Hæc ille. Ex
postremis apud quem Damasceni verbis, nescio an ho-
dierni Cinglianos & Calvinianos sacramẽtiperdas, Ger-
manico vocabulo Sacramentskhen contumeliosẽ vocẽt, *Sacramenti-*
vt est in Antidoto Valerandi Pollani aduersus Ioachimi *perda.*
Vvestphali consilium, ann. 1557. Verum nec Ioãnes Da-
mascenus, nec Sententiarum Magister, cuius hos Guido,
Armenos, hæresis facit reos, sed neq; Ricardi Armacent
ad Armenorum quæstiones summa, tot capitibus super
hoc sacramento, quibus de forma verborũ sacramenta- *Lib. 8. cap.*
lium, & aliquot aliis controuersis aduersus eos disputat, *1. vsq; ad*
ne Thomas quidẽ Aquinas, peculiari alioquin opere cõ- *12.*
tra eos nominarim inscripto. Proinde quãdo Catholica *Opus. al. 6.*

veritas nostris non indiget medicinis, ut est alicubi apud B. Bernardum: multo autem minus calumniis, hinc missos sibi facimus Armenios, plus alioqui satis grauatos, aut etiam alias errantes: Si modo qui hunc errorem alium neminem eis tribuisse reperit Alphonus de Castro, eodem teste certo comperit eos cum Messalianis sensisse hunc sacratissimum cibum, nec prodesse quicquam, nec laedere, aut certe soli corporis saluti proficere. Et hinc enim Guido impingit eis errorem **XXIII.** Sacramentum hoc quavis dignè susceptum, valere tantum contra infirmitates corporales, fulgura, & tempestates, non verò etiam operari in suscipiente, remissionem peccatorum, non gratiam, neque gratiæ augmentum.

Lib. 6. adversus hæreses. de Eucharistia errore 4. Et 8. Messaliani.

Messalianica.

Cap. XV.

Epiphanius contra hæresim 80. Augustinus de hæresibus cap. 57. Theodoritus li. 4. ca. 11. Tripartit. li. 7. cap. 11. Damascenus in catalogo. Nicephorus lib. 11. cap. 14. Ioannes 6.



Tom. 3. Conciliorum. Eucharistia effectus.

Irurum verò errorem hinc in Messalianis nec Epiphanium nec Augustinum animadvertisse, ne hunc quidem illos nominasse, cum historia Ecclesiastica huius sectæ principes sub Valentiniano & Valente Imp. scribat ab Ecclesiastica cõmunionem palam sese non separavisse, dicentes, diuinum illum cibum de quo Dominus ait, *Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, vivit in æternum, nec prodesse cuiquam, nec obesse.* Verum morbum hunc animo celantes, redargutos impudenter negavisse. Deprehensos autem & convictos venenum suum vicinis aspergere, ab Episcopis Catholicis ut lupos ab ovilibus segregatos, monasteriis eorum, in quæ labe hæc præsertim serpsit, incensis, quasi latronum, ut erant, speluncis. Quorum tamen cõtagio sic aliunde abacta, ut hæresis eorum, siue Eucharistiæ ipsius substantiam, quod ait Guido, siue efficaciam tantum cum Messalianis oppugnarint, multum abfuerunt ut adorarent. Eos ergo superiore seculo ad finem Synodi Florentinæ, sic docebat Eugenius III. huius sacramenti effectus, quem in anima dignè sumentis operatur, est hominis ad Christum adunatio. Et quoniam per gratiam homo Christo incorporatus, eiusque mem-

bris vnitur: consequens est, vt per hoc sacramētum indignè sumentibus gratia augeatur, omnēque effectum, quem cibus potusque materialis quoad vitam agūt corporalem, sustentando, augendo, reparando, delectando, *Vrbā. 4.* Eucharistia quoad vitam operetur spiritalem, vt in qua *in Clement.* per gratiam Saluatoris nostri memoriam recensentes, à *S. Domi-* malo retrahamur, confortemur in bono, & ad gratiarum *nū. De Re-* virtutumque proficiamus incrementum, reali nimirum *liquis &* Saluatoris nobiscum in propria carnis & sanguinis sub- *ueneratione* stantia, sub alia licet forma & specie, præsentia. *SS.*

Saracenicæ, & Mahumeticæ.

C A P. XVI.



T Verò propius verum est quod superiore opusculo contra Græcos, Armenos, & Sarracenos, communiter inscripto, Aquinas tale nihil prioribus imponēs, posterioribus ad Cāto-rem Antiochenum sic respōdet, Hæc sunt, quæ, vt tu asseris, ab infidelibus impugnantur atque irridentur. Saraceni enim, vt dicis, cū alia multa irrident, tum etiam illud impropere Christianis, quod in altari Deum suum comedūt: quodq; Christi corpus, si esset ita magnū sicut mons, iam iam esse consumptū deberet. Hæc ille. Audis, Catholice, superiora Berengarij conuitia, vt nihil referat vtri. Hæc ab vtris didicerint. Sed quā vanè infideles hoc sacramentum irrideant, quibus & etiam parum in Christiana religione instructus perfacile posset attendere. Non enim dicimus Christi corpus in partes dilacerari, & sic diuisum à fidelibus sub sacramēto summi, vt oporteat illud quandoque deficere, etiam si montis, vt dicunt, haberet magnitudinem, sed per panis in ipsum conuersionem, ipsum in sacramento esse, & à fidelibus manducari. Ex quo ergo non diuiditur, sed aliquid in ipsum conuertitur, nulla necessitas est, vt per fidelium manducationem, quantitati eius aliquid subtrahatur: Sic autem diuina nobis proponi, vt ad nos sub rerum visibilibus tegumēto deueniāt. Christi ergo corpus & sanguis, vt spiritualis & diuina (prout est) haberetur refectio, non

Opuscul. 6.
cap. 1. et 8.
Saraceni ir-
rident Chri-
stianos Do-
mini come-
dentes.

Corpus Do-
mini in vso
nō lacerari,
cōsumi, &c.

quasi communis cibus & potus, sub specie panis & vini sumitur, ne sit horribile carnem humanam & sanguinem (sub propria utique specie) sumere, comedere, ac bibere. Cum autem hæc tum conuersio sine immutatione, quæ sensui modò appareat (nam nihil secundum sensum immutatur) tum sumptio sine consumptione, fiat per Dei omnipotentiam. Si quis hanc infidelium non confitetur, cōtra talem hīc minimè disputamus, sed contra Saracenos & alios qui Deum omnipotentem confitentur. Hæc Aquinas. Et verò in Saracenis id constat, quod hodieque videmus & experimur, sectarios sectarum autoribus, & hæreticos hæresiarchis deteriores esse, iuxta, imò supra prouerbum, malorum coruorum oua, non iam æquè mala, sed multo peiora.

Mahumetica, Cap. XVII.

*Mahumetis
Eucharistiæ
ceueritus.*



*Gabr. Prae-
teol. In ca-
talogo secta-
rium li. II.*

*Gul. postel.
de orbis con-
cordia li. 2.*

Ultò enim reuerentius Eucharistiam tractauit Mahumetes, quantumlibet tamen impostor, & Antichristi præcursor, adeoque Antichristus, quàm non hi modò Mahumetistæ Saraceni, sed & quotquot hætenus recensuimus, ac etiamnum recensuri sumus, qui eius aut substantiæ, aut efficaciam, aut adorationi, aut simul his omnibus, ut hæc omnia iuncta sunt, aduersari sunt, aut hodieque aduersantur. Nam nec eam aboleuit omnino, sed in Deum de cœlis autorem retulit. Etsi enim negaret in ea esse mortis Domini recordationem, ut quem is mortuum esse negauerit, tantam tamen in ea esse vim scriptum reliquit, ut confirmarentur in fide ac bonis operibus, quotquot de ea gustant: & contra, sine remedio damnatos esse, qui postquam de ea comederunt, impij facti sunt. Locus extat in hora Elmeideh, id est cæmensæ. in Medina scripto, ita, Dixerunt Apostoli, O Iesu fili Mariæ, nunquid obediemus Domino, qui misit ad te de cœlo mensam, siue cœnam? Dixit, Timete Deum, si vos estis fideles. Dixerunt, Videretur nobis quòd si comedamus ex ea, confirmabuntur corda nostra, & sciemus quòd iam erimus confirmati, certi & pro ea testis

seu martyres. Dixit Iesus Mariæ filius, Deus Dominus noster, Mitte nobis cœnam seu mensam de cœlo, quæ sit nobis & posteris nostris firmamentum, & in miraculum abs te, & dita nos, quoniam tu es diuitum optimus. Ecce ego mitto eam ad vos, & qui ex vobis impius post illam fuerit, vlcisar eum, vt vnicum & inauditum omnibus seculis & gentibus supplicium. Hæc Mahumetes de Cœna, siue mensa Dominica, quam ideo ait à Deo impetratam, vt Christo, iuxta eum non Deo, eam adimat, cum in ea reuera sit ipsum Christi corpus diuinitatis & humanitatis compos, quod ideo non poterat negare diuinum, nam miracula præsentia diuinitatis in eo mortis Domini sacramento crebra visa (addo etiam inuisa seu inuisibilia) prisci etiam doctores agnouerunt. Sic nouus loci huius interpres, penes quem sit fides, vt linguarum peregrinarum valde peritum, & regium earum olim professionem. Alioqui nihil tale in Azoara 4. aut 5. adeoque Alcorano toto iuxta veterem ante annos plus 400. versionem, opera Petri Venerabilis abbatis Cluniacensis, occurrit. Nihil plus super hoc sacramento apud Ricoldum, De turre cremata, Cusanum, Rickelium, aut alios, quos equidem viderim, Alcoranum impugnantes.

*Miracula
Eucharisti-
ca.*

Scotica. Cap. XVIII.



Ed hoc omisso, eiusque discipulis præceptore peioribus Saracenis, redeo ad nostrates, imò iam non nostros, sed ex quondam nostris factos alienos, quique facti tales & inueterati, Deum, vel deos potius seculi alienos, in matrem olim suam insurrexerunt, eius filiorum labores diripuerunt, & reliquerunt alienis suas non iam diuitias, sed sectas, & quisquilias. Libera nos Domine, de manu filiorum alienorum eiusmodi. Talem non ita nuper, hoc est, suum facere conabantur, qui in hac causa schisma fecerunt, Ioannem Scotum, non illum qui Diues vocatur, titulo doctoris subtilis, sed multò anteriorem, hominem græcè non mediocriter doctum, cuius olim haberetur de

*I. Ioan. 2.
Psal. 17. 48
53. 108. 143
Oecolap. li.
3. Episto. in
dialogo. Va
dian. lib. 3.
Aphorismo.
Ioann. Scolis
piures.*

- Eucharistia liber, quo palam cum ex Dionysio, tum ex Augustino, quid super ea sentiret, docebat, auditor Bedæ, tempore Caroli Magni, apud quem fuisse in precio scribit Tritemius, Albini collegam, monachum Benedictiuum, de Britannia profectum in Galliam, virum in scripturis doctissimum, & plurium opusculorum autorem, sed cuius nihil tale ad eius venerit notitiam. Eum Criniti honesta disciplina paulò posteriorem facit, sub Francorum nempe Rege Carolo Caluo Magni nepote, cuius is mandato, vel magis rogatu, Dionysij Arcopagitæ libros latinitate donauit, cui etiam primæuam huius sacratissimi patris translationem, nonnullis Scoto Sententiario eam falsò ascribentibus, Ioannes Cono Norimentanus acceptam ferendam epistola quadam scripsit ante schisma hoc natum, anno videlicet 1512. addens eum Athenis græcè didicisse de re autem sacramentaria horum nemo ne gry quidem, imò prior eum facit notum fere omnibus egregia eruditione, clarissimoque ingenio, qui græcas literas temporibus illis magna ex parte amissas calluerit, omnem denique Christianæ theologiæ disciplinam maximo studio coluerit. Renarrat Gaguinus, ex quo & Annalibus Gallicis ferunt hunc in Britanniam reuersum, à discipulis quos erudiret, exemplo D. Cassiani, coniuratis, confessum graphiis, & sæuissimè interemptum, Idem refert de gestis Scotorum vernaculus eorum historicus, Ioannes Maior, Parisiensis Theologus. Cuius sepulcrum in Malmesberensi monasterio ad magni altaris sinistrum latus situm, hoc ait epitaphio notari,

*Clauditur hoc tumulo sanctus, sapiensque Ioannes,
Qui ditatus erat, iam viuens dogmate miro.*

Quem idem non ortis in Anglia vellis, vt Gaguinus causatur, sed Carolo Magno ad Achaium Scotorum regem pro eruditis viris mittente, in Franciam cum aliis missum, scientiam vanalem proclamasse scribit. Certè inter professores illos vnum Gaguinus Ioannem nominat, nescio an sui post oblitus, an verò plures eius tum cognomines fuerint. Sed cum veterum, quod equidem legerim, aut etiam recentiorum, tot sint licet hæretico-

Lib. 24. ca. 11. Ex Platina in Irene. 4 Et Ioan. 9.

Colonia 1537. cū operib. Grego. Nysseni.

Lib. 5. Et Io uinius in elo giis doctorū.

Lib. 3. c. 2. Et li. 2. c. 13.

rum catalogi & nomenclatores, hoc eum nemo nomine condemnauerit, nec ego illum condemnauero, vnum presertim ex primis Luterianæ nostræ academiæ fundatoribus, Quærat testem sibi & autorem Oecolampadius, Vadianus, & quisquis suo illum de Eucharistia dogmati nouo affinem facit. Debuerant vel ipsius librum, vel historiae autorem allegare: Centuria Magdeburgica LXI. de immaculatis ad mysteriis. De corpore & sanguine Domini scripsisse scribit, præterea nihil. Quamquam non desunt, qui ex vno Lanfranci verbulo, quo ait. Berengarium, intellecto quòd Ioãnem, Scotum extolleret, damnatum etiam hunc cum illo in Concilio Vercellensi volunt, quòd vterque communi de Eucharistia fidei aduersa sentiret, & ex huius ille scriptis opinionis suæ seminaria hausisse affirmaret: illum denique cum sua in auditorio publicè proponeret, ab auditoribus primò exæcatum, & post, vt diximus, confixum. Et sic eius doctrinam vt inusitatam, fanaticam, cumque sancta & antiqua fide pugnantem, tunc repressam, non receptam.

Cap. 10.

Bertramica. Cap. XIX.



Cripit eadem ætate ad Carolum Regem Imperatoris Lotharij fratrem Bertramus presbyter & monachus, multis nominibus Tritemio in literis sacris & profanis commendatus. Verùm qui eius nomine & hoc

In catalogo scriptorū, et chronico Hir- sangicensi.

titulo liber hoc tandem schismate in lucem emerfit, vt sit eorum iudicio, quorum fauere videtur errori, non modò eruditus, sed etiam pius, legentis mentem, & causam hanc magis implicat quàm explicat, multa multorum partium piè sanè dicta sic concinnans, vt modò catholicæ filius, modò filius esse videatur alienus. Ecquis enim catholicum non putaret sic scribentem? Non, ait, putamus vllum fidelium dubitare panem illum fuisse Christi corpus effectum, quod discipulis donans, dicit, hoc est corpus meum, & cæt. Sed neque calicem dubitare sanguinem Christi, de quo idem ait, Hic est calix in sanguine meo, & cætera. Et in persona Domini,

In Berunge Abbati 2. negat ad se peruenisse hunc librū. Vad. a. li. 6. Cap. 5.

Tunc intelligetis, quòd non sicut infideles arbitrantur, carnem meam corporaliter particulatim siue per partes concidendam, distribuendam, comedendam, sed verè per mysterium, panem & vinum in corporis & sanguinis mei conuersam substantiam à credentibus sumendum. Et paulò antè, qui nunc in Ecclesia omnipotenti virtute panem & vinum in sui corporis carnem & proprii cruo-
 nis vndam spiritualiter conuertit (audis *Spiritualiter*, vt antè *per mysterium*) sequitur, ipse tunc Manna de cælo datum, corpus suum, & aquam de petra profusam, proprium sanguinem inuisibiliter operatus est. Et paulò post, Sicut paulò antequam pateretur, panis substantiam & vini creaturam conuertere potuit in proprium corpus paulò post passurum, & in suum sanguinem paulò post fundendum, sic etiam in deserto Manna & aquam de petra, in suam carnem & sanguinem conuertere præuauit. En æquat Eucharistiæ Mannam! Et cum aliquoties scribat in hoc sacramento secundum inuisibilem substantiam, id est, vt ipsemet exponit, diuini potentia verbi, Christi corpus & sanguinem verum verè dici, esse, existere, sui velut dissimilis, opere penè toto in Eucharistia nihil aliud agnoscit, quàm panis & vini substantiam, figuram modò, similitudinem, speciem & imaginem, nomen & appellationem corporis & sanguinis Domini gerant, in sacramento mysticè tantùm & spiritualiter, non verè & realiter existentium, & nec veram in ea realemque Christi carnem pro nobis olim crucifixum, nec verum illum sanguinem pro nobis effusum, sed sanguinem mysticum, & carnem spiritualem & typicam, non in veritate, sed in figura propositam, vt Bertramum, siue quis alius fuerit autor eius operis quod sub illius nomine fertur, alij callidum fuisse ac impudentem hæreticum, os durum & camo comprimendum responderint: alij inter libros falsò catholicis impositos, & gratioso patrum titulo inuulgatos reiecerint. Et meritò sanè, cum verus, vt ita loquar, ille Bertramus, totos annos septingentos nec à quoquam vel hæreseos fuerit insimulatus, vel reprehensus, quasi malè scripserit, sed in catalogum scriptorum Ecclesiasticorum relatus, vt vir non minus vita quam

Manna.

De his vocabulis quo sensu à catholicis vsurpentur, antè dictum. ca. 5. § 10.

Fr. Sixtus Senen. in præfatione bibliothecæ sanctæ An- no 1566. attribuit Oecolampadio.

quàm doctrina, ingenio & eloquio insignis. Et, quod non leue est suppositiij partus argumentū, huius in controuersia Berengariana Catholici seculo Bertramo tantò propiores non meminerunt, minimè, opinor, tacituri, si iam tum liber hic extitisset adeò Berengarianus. Valeat ergo pseudobertramus. Certè cum partus hic distinguat inter Christi corpus in cœna exhibitum acceptumque, & corpus de Virgine natum, crucifixum, &c. Cum negat Eucharistiæ panem non aliter esse corpus Christi, quàm populi credentis seu Ecclesiæ, hoc est, figuratè & significatiuè. Denique cum suum scriptum sic concludat, Hæc si probaueritis catholicè dicta, fidei vestræ meritis deputate: Sin minus placuerint, id nostræ deputetur insipientiæ, quæ quod oprauit, minus efficaciter explicare potuit, Indicat, quisquis fuit, suam doctrinam tunc in Ecclesia non fuisse receptam, nec vsitatam. Proinde præstabat institutionis Dominicæ verba, quorum, quia ea videbat sibi obstare, non multam fecit mentionem, simpliciter credere, nec quomodò factum sit, sed tenere quod factum sit, & Christi hinc tam præsentiam, tum potentiam venerari.

Berengariana. 42.

Sed ut incertum sit quod de Scoto & Bertramo sub Carlingis principibus circumsertur, omnes propemodum hodiernæ de re Sacramentaria pugnæ autorem faciunt Berengarium, annis post plus minus CC. post Christum plus M. Neque negant sacramentarij suū, hominem, ut aiunt, doctum & sanctum, etiamsi horum quidam, quòd & in aliis errasset, in pædobaptismo scilicet & coniugio, eius hinc causam potius, quàm personam discusserint. Sed quoniam super eo aliter Lutherani, aliter Zuingliani scripserunt, aliter etiam moderni catholici, malim id resciri ex scriptoribus ante Lutherismum & Zuinglianismum, nec tam iis qui se Berengario obiecerunt eius contemporanei, quàm historicis, qui videntur eius nec amore, nec odio ducti, scripsisse. De hoc ergo paucis,

R

*Vadiã. li. 2.**Et 5. Oecolã
pad. lib. 3.**epistol.
Kennisius**in repetitio-
ne ca. 31. pa**ragrapho 12*

- An. 1050.* Francia, inquit Sigebertus, turbatur per Berengariū asse-
Time ad. 9. rentē Eucharistiā, quā in altari sumimus, non esse reuera
lib. 3. corpus & sanguinē Christi, sed figurā corporis & sangui-
 nis Christi. Et superiore proximo seculo Sabellicus, ita,
 Berengarius suū errorem fassus, veniā impetrauit, & con-
 fessionis formę initiū tantū citat. Paulō pluribus Iacobus
Et supple- Philippus Bergomas, Berégarius, ait, doctor natione Gal-
mentū chro- lus, patria Turonensis, archidiaconus Andeganensis, diu
nicor. ad an- apud multos sanctitate doctrinaque clarus, ob doctrinæ
num Domi- suæ amplitudinem primò confusus, in Eucharistiæ sacra-
ni 1049. mento turpiter errauit, & multorum animos suo errore
 infecit. Sed diuina post illustratus gratia, multorū doctif-
 simis monitis & scriptis improbatus, errorem publicè in
 Concilio humiliter emendauit: emédatus Sophisticę stu-
 dio statim omisso, sua pauperibus erogauit, reliquumque
In Ioā. xv. vitæ, tempus sanctissimè exegit. Ex Platina, qui addit, ma-
 nuū labore victū sibi quæsiuisse. Cū ergo arbitraretur
 in sacramēto Eucharistię verum integrumq; Christi cor-
 pus & sanguinē, nisi vt in signo & figura, mysterio vē non
 esse, hunc herescos autōrē damnauit in Concilio Verecl-
 lensi Leo IX. sed damnauit magis quā emédauit, vt tota
 magis laus fuerit Nicolai II. qui Laterani postremò Be-
 rengariū ab hoc errore reuocauerit. Omisit scriptor hic
 Victorem II. Leonis successorē, idem Turonis in Cōcilio
Guagu. li. 5 per legatum tentauisse. Nec tacēt Annales nostri Henrici
 I. tempore errorē de Eucharistiā excitatum, vbi non ve-
 rum Christi corpus, sed exēplar quoddam inesse diceret
 Berégarius, à quo postea resipiscens sententiā mutauerit.
 Viderint verò qui doctū sanctumq; virum fuisse credide-
 runt. Guitmūdus certè eius æqualis, episcopus Auerfanus
 hominē parum eruditū fuisse testatur, dialecticis modò
Ioan. Ross. captiunculis deditū, & vanę mundi glorię captatorē, ani-
In Occolā- mo elatum, conuiciatorē inuictum. Qui pōtificē alioqui
pad. li. 3. c. 2 sanctissimū, quòd se dānauisset, pompificē, pulpificemq;
B. ex Guit- appellaret. Adeoq; non melius de aliis quoq; sacramētis
mando. li. 1. sentiret, vt eius etiā dogma secuti nostro seculo, eū parū
 candidè, nedum valde incōstanter incessisse agnouerint,
 toties vtiq; confessum, & relapsum, vt modò absens; mo-
 dò præsens dānatus & conuictus, & ad vomitē reuersus,

nec ex animo egisse videatur, nec à sua sententia discessisse: verum quæ ut antagonista, concilia, pontifices confutauerunt magis quam correxerunt, veritatis tandem vis inuicta, & vniuersalis de hoc sacramento consensus euicit, ut morientis verba hæc fuisse extrema feratur, Nos sanè credimus post benedictionem Ecclesiasticam mysteria illa verum esse corpus & sanguinem Saluatoris, adducti veteris Ecclesie autoritate, ut comperi fragmentum Gulielmi monachi & Bibliothecarij Malinesberienfis, de hestis Anglorum, seorsim cum Antiberengarianis non ita nuper impressum, cuius reliquum apud me non extat. Additur ibidem ex actis Concilij Romæ sub Grego. VII. habiti, palinodia istius postrema, paulò alia quam ex Gratiano citari solita, Panem scilicet & vinum, quæ in altari ponuntur, per mysterium sacre orationis, & verba nostri redemptoris substantialiter conuerti in veram ac propriam & viuificatricem carnem & sanguinem Domini, & post consecrationem verum esse Christi corpus natum de virgine, &c. & verum sanguinem solum de latere: non tantum per signum & virtutem sacramenti, sed etiam in proprietate naturæ & veritate substantiæ. Et tunc ei præceptum nunquam de hoc vltra cum quoquam disputare, aut quenquam docere, nisi eos ad hanc fidem reducendi causa, qui ab ea per eius doctrinam recesserant. Quod si verè tradidit Anglus ille, hunc, planè licet sententiam correxerit, quotquot tamen ex totis terris deprauauerat, conuerti nequiuisset. Idque verentem recordantemque quot miseros adolescens primo erroris calore secta infecisset, moribundum Epiphaniarum die, lógo gemitu dixisset. Hodie in die apparitionis suæ, apparebit mihi Dominus mens Iesus, propter penitentiam, vti spero, ad gloriam, vel propter alios, vti timeo, ad pœnam, exemplum est terribile, quam periculosum sit alios docendo seducere, quos reducere nequeas, quia peccatum fortassis te grauabit alienum, cum deletum fuerit tuum. Certè multum abfuit ab historiarum notitia, qui Berengarium sub Leone papa à Lanfranco disputante confusum, sic errorem reuocasse scripsit, ut postea nunquam relapsus sit, ideoque inter hæreticos non reponi, sed quia doctrina eius hæretica fuerit, seu quod senten-

*Louanij
1551. post
Guitmundum.*

*De cõs. dist.
2. ca. ego Berengarius.
In tom. 1.
concilio. Berengarino.
Consecratio
prece & verbo.*

*Alphontus
de castro. li.
1. cap. 9. aduersus hæreses. In Berengario.
Zemburgum.*

tiam aliquando tenuerit hereticam. Quid autem cum librum inscripseris hereticorum catalogum, te coëgit eorum illum ordini inferere, quem fatearis sic ab errore discessisse, ut ad eum nunquam redierit? aut qui semel heresi alicui adhaerit, hac nominis ratione in eundem cum aliis qui pertinaciter suos errores tutati sunt, alucum corruare? Illud permirum tunc lenitatis Ecclesiasticae exemplum, hunc in tam abominandum errorem reuolutum licet, adeo non fuisse occisum, ut nec archidiaconi dignitas ei legatur adempta. Resipuerit igitur tandem aliquando verè ac non simulanter, & an post vel ultimam recantationem in recta fide permanferit, nec ne non satis clarè constat, &

Ioan. Gar-
tius. In pre-
fatione edi-
tionis Paris.
1562. Sed
aliter in eo-
dè. Classe I.
in Antuer-
piana 1563.
Cetera XI.
ex Gulielmo
Malinesber.
ut supra.

Rara fides ideo quia multi multa loquuntur.

At doctrina eius heretica fuit habita, non iudicio tantum Romanæ tunc Ecclesiæ, ut à quatuor Romæ episcopis, & totidem, imò quinque Conciliis damnatam omnes illius ætatis viri sancti detestati sunt, autorem etiam Fulbertus episcopus Carnotensis vir sanctissimus, eodem qui supra Anglo teste, moriens, se cum aliis inuisentem nec aspectu dignatus sit, protestatus immanem prope illum dæmonem assistere, qui multos ad eum sequendum blandiente manu & anhelitu illice corrumperet. Tantum abest ut eius super Berengario siue enconis siue apotheosis author esse potuerit hic Fulbertus quam centuria Flaciana XI. renouat, cuius alij Hildebertum Cenomanensem poetam faciunt. Huius initium.

Quem modo miratur, semper mirabitur orbis,
Ille Berengarius, non obiturus obit, &c. Quem tamen centuriones isti hereticis adscripserunt. Ad longus est catalogus eorum qui hominem tunc oppugnauerunt. Nociis tamen, Romanæ tantum Ecclesiæ iudicio hereticus fuit, sed etiam Lutheranae, ut in qua alius scribit Berengarianos ab Augustino in errore Capernaitarum herentes hereseos nomine notatos, ceu murmurantes contra Dominum dicentem, Sumite, odite, hoc est corpus meum, ut illi eidem obmurmurauerant dicenti, nisi ederitis carnem filij hominis, &c. nec aliter quam illi, imagi-

Westphalus
in collecta-
neis. Idè
Petr. Leni-
nus apud
Ioan. Vren-
honiū ca. 7.
8. an. 1560.

nantes, & obiicentes physicam & carnalem prorsus corporis Domini manducationem. Berengarium ausum fuisse contradicere veritati manifestæ, magistri sui placitis subscribere sacramentarios, iisdem permotos magis rationibus, quàm euangelica autoritate, & consensu veteris Ecclesiæ. Sacramentariam hanc doctrinam (præ catholica & Apostolica) nonam esse ac nuperam, per Berengarium primùm excitatam, multis propterea damnatam Conciliis, deinde nostro seculo per Zuinglium renouatam, contra quam & olim & nuuc pronunciatum sit in comitiis Augustæ: hæc repudient licet, & fannis amaris excipiant, vt & vetera, si à nobis allegentur Concilia in quibus Berengarius cum suis damnatus sit. Ex cuius etiam morte, supremisque verbis, exemplo miserabili ostendit alius, quanto cum periculo ludatur fugendis opinionibus in hoc negotio. Hæc de Berengario Lutherani. Sed cùm tam multorum error in hoc profecerit, vt in tanti mysterij cognitionem tum erudita, tum confirmata sit Ecclesia, nulli fortasse plus debet, quàm Berengario, imò non Berengario, sed Christi sapientiæ, qui malitiam hominum vertit in bonum sponsæ suæ, Tot & talium virorum calamos excitauit impudens error Berengarij. Eum vtinam qui hodie secuti sunt errantem, sequantur & pœnitentem, & horum etiam error, Ecclesiæ cedat sceleriter. Quod vt propicio Deo fiat, age colligamus, vel potius more nostro recolligamus, regulas aliquot, ad locorum, quibus hodieque post maiores suos aduersarij abuti pergunt, explicationem perutiles. Tria in Eucharistiæ sacramento notauerunt obseruanda Antiberengariani, hoc est, tunc temporis catholici, Vnum, quod signum est, & non res, panis vini que scilicet species & forma visibilis, duo significans, siue duplex Christi corpus, verum videlicet, siue naturale, verum animæ cibum: & mysticum, Ecclesiæ vnitatem, sic ex multis fidelibus collectam, vt ex multis elementa illa grauis constant & acinis. Alterum, quod res & signum est, corpus idem & sanguis Domini, res eadem illa de Virgine quondam sumpta, & ad Patrem in cœlos assumpta, signum hîc, quod vt ipsum ex multis membris purif-

*Kemnitius
vbi supra.*

*Eras. prefatione in D.
Algerum.*

*Sixtus in
Bibliotheca
li. 6. ca. 196
Et 289.*

*Regula, seu
claves causæ sacramen-
taria.*

firmis constat & immaculatis, sic mysticum Ecclesiæ glorioſæ corpus ex multis ceu membris Christi fidelibus, fide purificatis, Tertium, res & non signum est, Ecclesiæ ipsius vnitas in hominibus vocatis, iustificatis, &c. Secunda regula docet duplicem corporis & sanguinis Domini-

II. ci esum potumque, & vtrunque verum, Sacramentalem, quo ea, non quo alias vsitato edendi more carnes primum in frustra, dissecas dentibus comminuimus, & ad corporis alimoniam in stomachum demittimus, sed mystico ritu sub visibilibus elementis inuisibilia ad animæ, vel potius totius hominis alimētum spiritualia sumimus Et spiritualem, quo non eas modo res, sed earum quoque fructū, effectum, virtutem, & merita suscipimus, de quo Christus, Spiritus est qui viuificat, vt de priore cōtra sine

Ioan. 6.

III.

Bar. 3.

Hebr. 9.

Matt. 28.

1. Cor. 11.

Matt. 26.

Apoc. 1.

hoc, Cato non prodest. Tertia indicat geminam Christi, quæ hominis, præsentiam, conspicuam vnã seu visibilem, qua olim iuxta prophetam, in terris visus est, & cū hominibus conuersatus, ac etiam nū iuxta Apostolum, pro nobis Dei vultui assistit, & apparet. Alteram inuisibilem, qua hīc nobiscū est, inuisibiliter quidem, verè tamen, donec redeat & apparear, vt quondam, iuxta illud, Tunc videbitis filium hominis, Et, videbit eum omnis oculus. Iuxta primam regulam respondemus obiicientibus, Eucharistiam signum esse, aut quicquid huiusmodi nominū apud veteres occurrit. Imò iam respōdit, quem quidā Scoti & Bertrami se opposuisse corruptelis aiunt, Paschasius, quia sacramentū est, nō possumus negare esse figurā, sic enim & locuta est antiquitas: sed rerum absentiu, vt olim erant Manna & Petra, esse figuram, hoc verò cum eadem antiquitate pernegamus, sed & vltra ac præter signa, verè ad esse ac præsentia esse signata credimus. Iuxta eandem regulam, vt in incarnatione Dominica, ita in Eucharistia,

Cōmunicatio Idiomatum.

Synecdoche.

Rom. 6.

cei præcipuo eius sacramento, agnoscimus quandam idiomatum communicationem, qua per Synecdochen, quæ signis propriè conueniunt, & in species competunt, rebus interim attribuuntur, qualia sunt crudiora illa quæ videntur, atque crassiora, frangi, dentibus alteri, comminui, pati, quorum tamen corpus Dominicum nihil per se patiatur, impassibile nimirum, vt immortale. Quibus ta-

men locutionibus non recantans tantum Berégarius, sed Rom. 6.
 toties quoque concionans Chrysoſtomus, aliique patres, Lombard.
 nec ſemel, nec illibenter uſi ſunt. Iuxta eandem hanc & 1. li. 4. diſt.
 ſecundam regulam, negant interim patres malos Chri- 8. Et 9.
 ſti corpus ſacramenti rem recipere, ſpiritualiter nimi Chryſoſto.
 rum, & rem, non quanlibet, ſed ſignificatam, non con- homil. 60.
 rentam, Eccleſiæ in prædeſtinatis, & cætera unitatem, ad Antio-
 gratiam, remiſſionem peccatorum, cum iidem eoſdem, chen. & 83.
 hoc eſt malos, alibi aiant rem huius, contentam ſcilicet, Matt.
 non ſolum ſignificatam, hoc eſt, veram Chriſti carnem Auguſti.
 nihilo verè minus ſumere, ſed eſſentia utique, non ſalu- in Pſal. 98.
 bri efficiencia ſeu efficacia. Iuxta tertiam regulam tantus De conf. di.
 licet carnis Chriſti & ſanguinis hîc aſſertor & adorator, 2. ca. Non
 concionabatur nihil hîc Dominum ſenſibile nobis tra- hoc, & ca.
 didiſſe, ſed in rebus ſenſibilibus omnia inſenſibilia. Et ſi- Acceſſe-
 quidem incorporeus, ait, eſſes, nuda tibi ea & incorpo- runt.
 rea tradidiſſet, quia verò anima corpori tua cõiuncta eſt, In Ioan.
 in ſenſibilibus intelligibilia hæc tibi præbet. Et nullo tractati. 31
 tamen medio ſubdit ea omnibus purè ſenſibus accipi, vi- 40. 45. 65.
 deri nimirum, tangi, & guſtari, manducari, bibi. Nonne 140. Et in
 ſibi pugnare videtur? Parum utique attentis, & qui ſic in pſal. 93. 94
 perſona Domini loquitur, Non hoc corpus quod vide- 96. 134.
 tis, manducaturi eſtis, & bibituri illum ſanguinem quem Iudæi ſan-
 fuſuri ſunt qui me crucifigent. Sermone contra ad Neo- gumẽ bibe-
 phytoſ, Hoc accipite, ait, in pane, quod pependit in cru- runt, quem
 ce: hoc accipite in calice, quod fuſum eſt de Chriſti la- fuderunt.
 tere. Et ad Iudæoſ, Bibite ſanguinem quem fudiſtis. Ex eodem
 Quouſque liberent ſanguinem quem fuderant, despe- Auguſtino
 rauerunt. Ipſum ſanguinem quem per inſaniam fude- cõtra qui-
 runt, per gratiam biberunt. Fuderunt precium ſuum, ut bi- que genera-
 berent precium ſuum. Tanta Dei laudis & ſuæ accuſatio- hoſtiũ, citat
 nis auerſitate conuerſi, ut qui primò ſanguinem Domi- Hugo lun-
 ni fuderunt læuientes, bibere diſcerent iam credentes. gonẽſis epiſ-
 Donatus eſt reatus ſanguinis Chriſti, imperitus eſt copis in epi-
 potus ſanguinis Chriſti. Crede in eum quem occidiſti, ſtoia ad Be-
 bibe ſanguinem quem fudiſti. Quo igitur modo Augu- rãgariũ ſe-
 ſtinus antè Chriſti verbis negabat diſcipuloſ ſanguinem niſcis ô Iu-
 à Iudæis fundendum bibituroſ? an non pugnãtia manife- dæi, occidi-

stis sanguine Christi fundistis. *Quid face- re nimis de- belis, nisi vt credentes bi- bulis sāgni- nem que su- distis. Non est quod hor- reatis. Fu- sus est san- guis medici Et factū est medic. inēiū Phrenetici.* *Alger. li. I cap. 9. II. Lombard. lib. 4. di. 10 August. in Ioan. tract. 30. & 50. De cons. di. 2. can. Pri- ma. c. hoc est. ca. Nos autem.* *Guismūdus lib. 1. Berengaria- nor. secte quatuor III Impanatio.*

sta, hoc & non hoc, ipsum & non ipsum? Non est, aiunt dialectici, maior contradictio, quam toti negationē propositioni vel proponere, vel præpositam auferre. Et nulla tamen reuera pugnantia, aut contradictio. Idem enim & non idem: idem quidem substantia, sed non idem qualitate: idem identitate naturæ, non idem diuersitate formæ. Hoc idem ipsum tunc & nunc: sed tunc visibile, nunc autem inuisibile. Sacramentum enim tum suis commendat, quod spiritualiter intellectū eos viuificaret, quod etsi necesse est visibiliter celebrari, inuisibiliter tamen oportet intelligi. Denique sic vno loco sursum corpus id oportet in cælo esse visibiliter in humana forma, & hinc inuisibiliter sub panis & vini forma. Quo se modo cum exposuerit, & eum secuti mediæ post eū ætatis scriptores: mirum est hodie nouatores, ei tantum alioqui deferentes, non agnoscere Domini corpus nisi visibile, cum inuisibile toties is agnoscat, & modò sacramentum hoc constare visibili elementorum specie, & inuisibili Domini nostri Iesu carne & sanguine, modò Christianos sub panis & vini specie quam vident, res inuisibiles, id est, carnem Christi & sanguinem honorare scribat. Qui sic distinxerit his regulis & clauibus vsus, non habet cur sibi timeat à falsis Bertramis, & veris Berengariis. Et hi enim more schismaticorum solito, in plures sectas abierunt, conueniētes quidem in hoc omnes panem hinc & vinum minimè mutari, sed & multum in hoc differentes, Alius nichil omnino de corpore Christi & sanguine sacramentis his inesse, sed vmbra tantum hæc & figuras esse dicit tibus. Aliis, vt quasi aliquomodo nobiscum esse videntur, corpus Christi & sanguinem ibi reuera quidem, sed latentem contineri, vtque sumi possint quodammodo, vt ita dixerim, impanari iuuinari, Qui sic rectis Ecclesiæ rationibus cederent, vt tamen à stultitia non recederent, Et hanc fuisse subtiliorem Berengarii sententiam. Alii non iam Berengariani, sed acerrimè Berengario resistentes, eius argumentis, & quibusdam Domini verbis suboffensi putabant panem & vinum, ex parte mutari, & ex parte remanere. Aliis irrationabilem istorum sensum horrentibus, sed eadem Domini verba, quibus isti mouebantur.

tur minus intelligentibus, videbatur ea quidem ex toto mutari, sed indignis ad communicandum carnem Christi & sanguinem accedentibus, hæc iterum in panem & vinum reuerti. Hos cum principe suo sectarios confutauerunt tum plures, omnium maximè Laufrancus ex monacho Cadomensi Cantuariensis Archiepiscopus, Guilmundus Auerfamus Episcopus, Algerus ex canonico & magistro Leodiense monachus & presbyter Cluniacensis puræ & deuotæ conuersationis. Qui omnes de veritate corporis & sanguinis Christi, quæ sacramentorum vélamine teguntur, disseruerunt, Primus bene plenè, perfectè, secundus melius, plenius, perfectius. Vltimus, optime plenissime, perfectissime, vt nihil lectori quamuis scrupuloso querendū reliquerint. De quibus adhuc paulò post. Supputantur & ab aliis alii Antiberengariani: Guido abbas de S. Lèfredo, Adelmānus Brixienfis Episcopus. Hugo Lingonensis, Iuo Carnotensis, Lombardus Parisienfis, Hilbertus ex Genouanensi Auronensis. Multi preterea quos fama obscura recondit, Herigerus, Albericus, Rogerius Guitmundi collocutor, & qui apud hunc Leodiensis Episcopus ad Henricum I. Francorum regem, epistolam contra Berengarium scripsit, reum illum agens quod & legitima quoque coniugia, quod in ipso erat, destrueret, quasi sic femina omnibus abuti liceret, & pueros baptismum euerteret, quasi sic quassato eorum baptismo, iisdem postmodum impune baptisandis, Sed præcipua fuit hac eius audacia, & diabolo per eum militia, vt ablata ab his mysteriis Domini corporis & sanguinis veritate, peccare volentes nulla reuerentia, nullus metus percipiendæ sacræ communionis ab vlllo scelere reuocaret. Et hæc de Berengario ad nauſeam vsque.

Petr. venerabil. lib. I. Epist. 2. Antiberengariani.

Sigebert. Rossensis lib. 4. præf. E.

Mulierum communio. Pædo baptismus, Anabaptismus.

Petrobruffiana & Henriciana. Cap. XX.



T Berengario & Berengarianis deteriores Petrobruffiani & Henriciani successerunt. Hi à Petro de Bruis, & nescio quo post eum Henrico, nominati, non solum veritatem corporis & sanguinis Domini quouidie &

*Lib. 1. Epi.
1. & 2. Fo-
rare siue
cap. 4.*

continuè per sacramentum in Ecclesia oblatum paulò post negauerunt, sed omnino illud nihil esse, neque Deo offerri debere decernerunt. Aduersum quos Petrus tunc Abbas Cluniacensis re ut cognomine venerabilis: Sic & prolixè & catholicè. Ut nihil vestra temeritas intemperatum relinquat, Iam ad ipsum crucifixum, post cruces eius exustas, & templorum Dominum, post templa destructa, & baptismi largitorem, post baptismum negatum se ostendit, & non tantum quæ eius sunt, sed & ipsum Ecclesiæ suæ auferre molitur. Negat Christi corpus & sanguinem diuini verbi virtute vel sacerdotum ministerio confici, totumque inane ac superuacuum esse, quicquid in altaris sacramento altaris ministri agere videtur, affirmat. Verba vestra, quæ ad nos peruenire potuerunt, hæc sunt, Nolite o populi Episcopis, presbyteris, seu clero vos seducenti credere, qui sicut in multis, sic & in altaris officio vos desipiunt, ubi corpus Christi se conficere, & vobis ad vestrarum animarum salutem se tradere mentiuntur, Corpus enim Christi semel à Christo in cœna ante passionem factum est, & semel, hoc est, tunc tantum, discipulis datum, exinde nec ab aliquo confectum, nec alicui datum. Si hæresis hæc vestra Berengarianis limitibus contenta esset, quæ veritatem quidem corporis Christi, sed non sacramentum vel speciem aut figuram negabat, facile me huius capituli labore expedirem, & non dico ad antiquos & sanctos Ecclesiæ doctores, quos abiicistis, sed ad moderni temporis doctos & catholicos viros vos mittere, si saltim vel hos non pro maiori auctoritate, sed pro temporis vicinitate, & domestica cognitione dignaremini legere, vel pateremini audire, horum libri si à vobis legerentur, & lecti intelligerentur, vos verè à stulta pertinacia resipiscere cogerent, ut qui multos errantes reuocauerunt, dubios instruxerunt, fideles etiã in recte fidei regula confirmauerunt Hi libri vos & corrigere, & ad resipiscendum cogere possent, si nihil deterius Berengarianis hæreticis sentiretis. Sed quia errorem errore, hæresim hæresi, nequitiam nequitia superastis, non tantum veritatem corporis & sanguinis Christi, sed & sacramentum, speciem ac figuram negastis, & sic absque summi & veri Dei sacrificio, eius populum esse cœsetis. Ea propter ut nouus languor noua medela curandus, sic nouus error no-

*De quib. in
fine cap. pra-
ceden.*

*Sic Eras-
mus nuper
agnoscebat
eorum lectione
confirmatam
sententiam
& auctam
reuerentiam.*

uo opere confutandus est, vt quod à magnis viris præteri-
tū, quia nec auditū, quia nūc primū sonuit, neque rema-
neat indiscussum, Respōdet ergo vobis, ô hostes Dei, Ec-
clesia Dei, se neque absque sacrificio esse, nec illo suo sa-
cificio aliquid aliud quā corpus & sanguinē sui redem-
ptoris offerre, eū vtique qui per spiritū sanctū semetipsū
obtulit immaculatū Deo, Agnū qui tollit peccata mūdi, *Hebr. 9.*
qui nec immolatus moritur, nec diuisus minuitur, nec co- *Ioan. 1.*
mestus cōsumitur, Offert ipsum pro seipsa, qui se obtulit
pro ipsa, & quod ille fecit semel moriendo, hoc illa facit
semper offerēdo, &c. Hęc ille, & multo pluribus persequi-
tur hęc de sacrificio controuersia, de quo hīcobiter tātū,
vt qui adorationis, & quæ eius hic causa est, præsentia cā-
tellis hic me circūscripsi. Paulò igitur pōst probat ex scri-
pturis in Ecclesia esse Christi corpus & sanguinem, cōtra
stultissimū hūc, vt vocat errorē. Audite, ait, Dominū, non
me, & Christū, non Christianū, Audite, quem qui nō au- *Deut. 18.*
dierit, exterminabitur, & nō hominē tantū, sed Deū, dic *Act. 3. 7.*
Domine, Iesu, saluator, sacerdos noster, hostia nostra, ref-
pōde aduersariis testamēti tui, qui volūt rescindere quod
statuisti, eradicare quod plātaisti, destruere quod cōstitui-
sti, Dic, forsità acquiescēt tibi, qui Ecclesiæ tuæ resistunt:
verebūtur, faciē tuā qui tuis irreuerēter ouiant: & si oues
tuæ sunt, vocē tuā audient. Ignosce mihi presumptuose *Ioan. 10.*
interroganti, sed tamē pro Ecclesia columba, sponsa tua,
quā hi violare conātur: Zelanti, Planē hi redēptorem te
negant, qui precium redemptionis humanæ, quod nobis,
& pro nobis dedisti, corpus, dico tuū redēptis auferre cō-
tendūt, Volunt rursū vincire, solutū olim à te nodū ca-
ptiuitatis, tū largitorē respuūt libertatis. Dic ergo Domi-
ne testator noui & æterni testamēti, vtrū testamētū hoc
vnius diei, sicut isti dicunt, esse volueris, an potius æter-
num esse decreueris, audiāt isti non me, sed te, vt conuer- *Testamētū*
tantur non ad me, sed ad te. Quid ergo? In vltima cœna, *æternum.*
quam cum discipulis suis, vetus pascha nouo commutās, *Matt. 26.*
celebraisti: accepisti panē, gratias egisti, fregisti, dedisti dis- *Marc. 14.*
cipulis tuis. Sed quid dixisti? Accipite, hoc est corpus me- *Luc. 22.*
um. Similiter & calicem, postquam cœnasti dicēs, hic est *1. Cor. 11.*
sanguis meus, &c. Audistis? Nolite fieri simulacra, quæ *Psal. 113.*
oculos habent, & nō vident, aures habent, & nō audiunt, *134.*

- Matt. 17.* nec à quolibet doctore, sed ab alio, de quo Pater clamās
Marc. præcipit, Ipsum audite, auditis eum dantem corpus, sed
Luc. 9. quod corpus? Sicut enim corpora celestia, terrestria, &
1. Cor. 15. quicquid hîc sensui subiacet corpus est. Vnde ne quis pu-
Corpus taret animalis, aut hominis cuiusuis hoc esse corpus, ad
quid. excludendum omne aliud sensibile, vel insensibile cor-
 pus, postquam dixit, accipite, hoc est corpus, adiunxit,
meum. Suum ergo, non alterius corpus discipulis dedit.
Concomi- Rursus, ne cui fortè cogitatio subriperet, potuisse creare
tantia. in manibus suis corpus, quod suum quidem esset, sed ta-
 men quod ipse erat non esset, addidit, *Quod pro vobis tra-*
detur. Ac si diceret, nolite dubitare, hoc vel illud vobis
 fingere, aliud & aliud cogitare: quia hoc est corpus, non
 alterum, vel alterius, sed *meum*, non permutatum vel no-
Tradetur. uiter creatum, sed, *quod pro vobis tradetur*, crucifigetur,
 morietur, Sic & de calice, Hic est sanguis, non bouis aut
 arietis, non agni, aut cuiuslibet hominis, sed *meus*, non a-
Fundetur. lius, vel noua creatione productus, *Sed qui pro vobis fun-*
detur, flagellis prouocatus, clavis extortus, lancea excus-
 sus. Quid ad demonstrandam corporis & sanguinis Do-
 minici veritatem clarius, lucidius, manifestius? Nōne &
 longè ante passionem commendans magnificum & sa-
 lutare *Sacramentum*, discipulis & Iudæis sæpe dicebat.
Ioan. 6. ca. Nisi manducaueritis carnem Filii hominis, & biberitis
de Sacra- eius sanguinem, &c. Panis quem ego dabo, caro mea est,
mento. caro mea verè cibus, sanguis meus verè potus. Hoc qua-
 re? vt si nomine corporis circa diuersa corpora cogitan-
 do vagaris, audito carnis nomine ab innumera corporū
Caro non multiplicitate reuocaris. Rursus audite nomine Filij ho-
quoduis cor- minis, non alterius alicuius carnem existimes, nisi illius,
pus. qui cum esset Dei Filius, singulari gratia, solitaria ope-
Filius dei, ratione, factus est hominis filius. Vnde quia tenacissime
Filius ho- recolendum, vnicèque amplectendum est tantum tantæ
minis. misericordiæ opus: tacito sæpe nomine filii Dei, quod
 per se est, nomen filii hominis frequentat, quod pro no-
Secundus bis est. Idcirco vocat carnem, ne quodlibet corpus pute-
error. tur: idcirco filii hominis, ne alterius quàm sua (ipsius) æ-
Corpus da- stimetur, &c. Et aliquantò post, Dicite porro cur idem
tum Apo- sacrificium, hoc est, corpus & sanguinem cæteris inuidè-

tes, discipulis qui cœnæ illi famosæ & vltimæ interfue-
 runt tantum, & nunquam postea nisi tunc datum conce-
 datis. Quod si differtis, vt nunc vsque distulistis, proba-
 nec illis tantum, nec tunc tantum hoc datum, sed fide-
 bus cunctis ad seculi vsque consummationem præpara-
 tum, Vt valde mirer, vnde opinio hæc innasci Euange-
 lio credentibus potuerit, cum Christi verba huic nouæ
 hæresi contraria, sic ibi posita sint, vt si vel dubia vel ob-
 scura purantur, nulla eius eloquia, vel præcepta certa, vel
 perspicua esse videantur. Quid enim clarius aut certius
 dici potuit, contra eos qui corpus Christi & sanguinem
 per *Sacramentum* tunc tantum facta datæ astruunt, quàm
 quod Christus postquam dixit Accipite, hoc est, &c. sta-
 tim adiunxit, Hoc facite in meam commemorationem?
 Quomodo dici potest semel tantum factum & præsen-
 tibus datum *Sacramentum*, cum nullum vel Apostolum
 excludens, vel tempus excipiens, dixerit, hoc facite? Quo-
 modo hæreticus dicere potest, Nolite hoc facere, cum
 Christus impleret, hoc facite? Hoc plane, non aliud, hoc
 idem quod accipitis ad edendum & bibendum, corpus
 scilicet meum & sanguinẽ, hoc, inquam, facite, &c. Quid
 ultra? hoc solum & breuissimum verbum multa & proli-
 xissima erroris verba destruit, dum non solum dixit, ac-
 cipite, edite, bibite, sed addidit, quod accipitis, editis, bi-
 bitis, hoc facite. Si hoc ita est, falsum est, quod à vobis di-
 citur, tunc tantum hoc *Sacramentum* à Christo datum,
 ab Apostolis susceptum, quia quod fecit, eos facere præ-
 cepit: quod eis distribuit, hoc eos aliis distribuere vo-
 luit, sed fortasse tunc tantum præsentibus, & à Christo
 hæc audientibus, non aliis, hæc huius sacramenti confi-
 ciendi & dispensandi data est potestas. Quod si verum
 est, iisdem tantum præceptum, prædicate, docete, bap-
 tificate, Nec vlli, post eos hæc licuerunt. Eisdem enim hæc
 dicta iussaque sunt, quibus illud, hoc facite, & nihil in
 huiusmodi præceptis à Christo discretum. Vnde qui-
 quis post Apostolos prædicauit, docuit, baptisauit, quia
 nulli alij quam præsentibus tantum iussum à Domino
 fuit, male fecit, quia eius nec doctrina, nec baptisimus,
 Christi fuit. Nam quod ab eo præceptum non est, con-

*stolis, dan-
 dum & po-
 steris.*

*Cœna fa-
 mosa.*

*Hæresis
 noua.*

Hoc facite.

Matt. 28.

Marc. 16.

Rom. 10. stat, quia eius non est. Quomodo enim prædicabunt, nisi mittantur: baptisabunt, nisi iniungatur? Cum ergo nulla sit in præceptis istis discretio à Domino facta, aut simul omnia præsentibus tantum iussa iniunctaque sunt, sequentibus exclusis, aut si his horum aliquid præceptum est, constat quod & totum iniunctum est. Igitur aut date hæc omnia solis præsentibus, & auferetis sequentibus, cum altaris sacramento ad baptismum & Euangelium, aut si sequentibus hæc duo postrema concesseritis, necessario velitis, nolitis dabitur & illud primum, altaris scilicet sacramentum. Sed ad quid tam multa? Nunquid Paulus ei, de qua loquimur, cœnæ interfuit: aut quando discipulis dictum est, accipite, edite, bibite, hoc facite, præsens fuit? aut Corinthij denique tunc interfuerunt, & de Christi mensa eius corpus & sanguinem acceperunt? Et hic tamen Apostolus post Domini ascensionem ad fidem conuersus, vtrumque consecrat, & calici benedicit, & panem frangit, & corporis Christi participationem, & illius benedictionem, sanguinis communicationem vocat, & Corinthii, qui cœnæ de qua agimus, non interfuerunt, Christi tamen corpus & sanguinem acceperunt. Quod si non tantum de Apostolo & Corinthiis, sed de vniuersis auctoritatem Apostolicam vos conuincentem audire, auscultate. Quicumque ait, manducaverit, vel biberit, Non hic, vel ille, sed *Quicumque*. Et, probet seipsum *Homo*, non tantum Corinthius, non Romanus, Græcus, sed homo. Et quid aliud quàm omnis homo? Quid vos ad ista? Nā quod indefinitè posuit, quid aliud quàm infinitum hominem ostendit? non vnum hominē, sed omnē hominem, quia in singulari hominis numero, pluralitatē intelligi voluit omnium hominum. Quod si ita est, imò quia ita est, error impius, non tantum mortuus, sed etiā sepultus est. Si enim constat hoc non de quolibet, sed de omni homine à Paulo dictum, falsum à vobis dicitur, de his tantum qui cœnæ Domini interfuerunt, hoc dictum. Et verum est, hoc Apostolo docente, non hos tantum de quibus conceditis, sed quemcumque, hoc est omnem hominē posse manducare panem Domini, & bibere calicem, hoc est, secundum eundem Apostolum, Christi corpus & sanguinem

*Act. 9.**I. Cor. 10.*

II.

*Quicumque.
Probet se
homo.*

nem, falsum quod dicitis, hæc illos tantum qui cœnæ Paschali interfuerunt, potuisse accipere. Et licet in hoc quod probatum est de omni homine, probatum sit & de omni tempore: audite tamen vtrum huius sacramenti conficiendi & sumendi potestas, illi tantum tempori, quo ea cœna celebrata est, data sit. Loquens enim idem de hoc sacramento, & fidem inde pariter & mores instruens, introducit Christum dicentem. Hoc facite, quotiescunque sumitis. *Quotiescunque.* I. M. C. Et subiungit Apostolus verba sua. Quotiescunque manducabitis panem hunc & calicem biberis, Quid ad hæc vos, qui dicitis semel tantum hoc factum datumque sacramentum? Vos dicitis, semel tantum, Christus & Apostolus *Semel.* eius, non semel, non bis, ter, quater, centies, milies tantum, sed, Quotiescunque. Multa diuersitas inter semel & Quotiescunque, hic numeri principium & singularitas, ibi numerus omnem numerum superans, & multiplex infinitas. Cui credendum? vobis an Christo? hominibus an Deo? veritati an mendacio? Audistis hoc corporis & sanguinis sacramentum, omni fideli homini absque numero datum, audite omni presentis tempore datum, Suffecerat Apostoli Dei ad confundendam destruendamque nouam hæresim, quod dixerat Christum dixisse, Quotiescunque & c. & eius verba sequendo subiunxerat, Quotiescunque & c. mortem Domini annunciabitis, Sed quid adiuxisti? *Donec veniat. Donec veniat.* Quis veniat? an fortè mors Domini? Nō. Nam hoc & tu *Rom. 6.* apertissime negas ita. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur. Quis ergo veniat? Certe ipse Dominus, quem nominaueras dicendo, Mortem Domini annunciabitis. Sed quando veniat? Quando, nisi quando venturus est iudicare viuos & mortuos, & ipse prædixit, & Ecclesia credidit? Sed & hoc quando? Quando iuxta quod & ipse *Matth. 19.* dicit, venit in fine seculi, in maiestate sua: Patris, & omnes *24. 25.* angeli cum eo. Donec ergo veniat in fine seculi, dedit *Luc. 9. 21.* hoc sacramentum corporis & sanguinis sui fidelibus per omne tempus huius seculi, id est usque ad consummationem seculi. Obmutescat ergo hæresis, quæ dicebat datum hoc esse tantum in cœna Domini: Si enim cogentibus prædictis auctoritatibus, datum est usque ad consummationem seculi, non igitur tantum in cœna Domini. Hæc super secunda contro-

*Tertius
error.*

*Ioan. 6.
Capernaï-
tica.*

Ænigma.

*Spiritus
uiuificat.
Caro non
prodest.*

uerſia. Sed adhuc carnalis animus, necdum plene ab hu-
mana cōſuetudine defæcatus, obiicit. Verum quidē cor-
pus & ſanguinem Redemptoris ſub panis viniq; ſpecie in
altaris ſacramento dari fidelibus, ſed ad manducandum
& bibendum etiam dari, hoc verò animum nōdum per-
fecte ſublimia ſapientem monet, *Quem enim non mo-
neat, vt & primus Chriſti mouit diſcipulos, contra hu-
manum morem, & pietatem, carnem Chriſti & ſangui-
nem, imo Deum & hominem ab hominibus, magiſtrum
à diſcipulis, dominum à ſeruis, Chriſtum à Chriſtianis,
manibus frangi, dentibus atteri, & eſcarum more com-
munium deuorari? Hæc qui queris & obiicis, à primis
Chriſti diſcipulis ei obiecta, à Iudæis incredulis hæc de
re litigantibus quaſita. Hæc inquam, quaſtio antiqua,
non noua, vetuſtiſſima non recens, vt à Chriſtianæ fidei
fundamentis exorta, ſic ab ipſo Saluatore, non à quoli-
bet doctore cum ſit extincta, & ſimul ac eodem pene mo-
mento ortum occaſumq; habuerit, Chriſtianus nimium
rudis videtur, qui talibus quaſtionibus ante annos mille
ſepultis monetur. Hoc enim ſcandalum & ænigma ſole
clarius Dei ſapientia diſſoluit, & ſpiritali lumine carna-
lium cogitationum nebulas effugauit, dicens: Hoc vos
ſcandalizat? Si ergo videritis Filium hominis aſcenden-
tem vbi erat prius? Hoc eſt. Quia me hominem inter ho-
mines videtis, nihil adhuc de me, quantum ad hoc ſacra-
mentum ſpectat, pluſquam de alio homine ſentire pote-
ſtis. Et ideo carnaliter ſapientes, velut per fruſta conci-
ſam carnem meã me vobis velle dare creditis. Sed poſt-
quam in cœlum aſcendero, & carnem de qua agitur, nūc
mortalem, in Deum gloriſicauero, tunc intelligetis, quia
Spiritus eſt qui viuificat. Id eſt, Verba mea ſpiritaliter
accepta viuificant. *Caro autem non prodeſt quicquam,* car-
naliter intellecta mortificant. Dabo carnem meam ho-
minibus: non cadauerum more detruncandam, minuen-
dam, conſumendam, quia ſic accepta caro non prodeſſet,
ſed abſque dolore diuidendam, abſq; imminutione parti-
endam, abſque conſumptione comedendam, quia ſic
intellecta & accepta vitam percipientibus non morta-
lem, ſed æternam donat. Sed vrget adhuc & dicitis, comedi
eam,*

eam, quia comestionis ratio nō videtur, super omnia miracula stupendum esse, nedum mirabile. Fateor planè, fatetur & id omnis sanum sapiens, Sed num tu qui tanti sacramenti rationem quæris, reliqua Dei sacramenta ratione comprehendis? Sola ne Dei voluntas omni humana ratione rationabilior? Non intelligis hoc voluntatem Dei esse, quod rationem? Omni ergo rationi & rationabili menti sufficere Dei voluntatem, etiam non exposita eius ratione, & præceptum in hoc sacramento, ut & in cæteris. Abunde inquam, omnino ad rationem sufficere, Christum hominibus carnem suam ad manducandum, sanguinem dedisse ad bibendum, quia constat summam rationem irrationabiliter agere non posse. Sed licet sit contra rationem, cognita Dei voluntate eius quære rationem, ne tamen hic catholicis deesse, vel eos latere putetur, age quod de tanti sacramenti ratione institutor aperit, aperiatur. Dat plane carnem suam & sanguinem Christus hominibus ad edendum & bibendum, ut sicut absque carnali cibo & potu millium mortalium mortalem miseramque vitam transigere cernitur, sic absque spiritali esca potuque neminem immortalem & beatam vitam assequi posse credatur. Quis enim melius aut aperius commendare potuit se vitam esse hominum, quam rerum exemplo in quibus est vita hominum? Ea cum sit in cibo & potu, & inter multiformes escas & pocula quibus sustentatur, principalem locum obtinent panis & vinum, quibus salubrius ea quotidie recreatur & reformatur. Has Deo solennes & ad conseruandam principales substantias, Dei sapientia ad vitam æternam hominibus instaurandam assumpsit, eaque de causa in earum specie carnem suam ad manducandum, & sanguinem ad bibendum hominibus dedit, In his hoc sacramento clarius, quam verbis edocens, non aliam esse vitam hominum æternam quam seipsum, dum similitudine eorum escæ potusque carnalis ad eorundem escam & potum spirituales nihil aliud dedit quam seipsum. Nam cum dicit se vitam esse, vitam item æternam esse nosse Patrem, & se Christum verum esse Deum vitam eum esse sempiternam discunt homines audiendo. Sed cum dicit, nisi man-

*Voluntas**Dei ratio.**Ioã. 14. 17.*

ducaueritis & biberitis, &c. Et panis caro mea est, &c. vitam esse hominum eternam discunt comedendo, & quidem comedendo melius quam audiendo discunt eam suam esse vitam immortalem, ut eis corporalibus suam nutriunt mortalem. Ut ergo non tantum verbis discerent, sed etiam familiariter factis, hi sentirent se perpetuo mori, à Christo seiunctos, nec posse semper vivere nisi eidem coniunctos & unitos, ad similitudinem escae & vitæ carnalis, accipiunt Christi corpus & sanguinem, non ab alio data susceptaque quam ab ipso, qui eorum post hanc vitam futurus est esca, hoc est, vita & beatitudo sempiterna. Ut igitur vita eterna spiritualiter & inuisibiliter mundo in presenti collata, corporaliter & visibiliter in futuro conferenda signaretur, data est caro Christi sub specie panis ad edendum, sanguis sub vini forma ad bibendum, & sicut pane & vino ad vitam mortalem principaliter homines utuntur, sic ad vitam immortalem, quod est ipse Christus, Christi corpore & sanguine hic spiritualiter, post tam spiritualiter quam corporaliter in æternum pascantur. Claret igitur ratio, non solum in futuro, quando intrandum est in sanctuarium Dei, & intelligendum in nouissima eorum, sed etiam in presenti, quando sub nubilo cuncta fiunt, cur ad manducandum carnem suam, & bibendum sanguinem suum Christus Christianis, Dominus seruis, Deus hominibus dedit. Nemo ergo opponat impietatem velut leui vel comesti Christi, nemo crudelitatem ceu truncati vel dolentis corporis, nemo stultitiam, velut hominis humanam carnem absque ratione edentis: quia non est impium ubi omnis pietas: non crudele, ubi nulla passio: non irrationabile, ubi summa sapientia, quæ de sua nec sectione dolorem, nec participatione imminutionem, nec comestione patitur consumptionem: imò comedentibus æternam inde prouidet & preparat reparationem: quatinus in hoc seculo & futuro panis & vita sit hominum, qui semper beatorum panis est, & refectio Angelorum. Hæc vnus omnia Venerabilis, quibus pro corporis & sanguinis Domini, non in Cæna tantum illa prima, sed & in omnibus post Missarum solenniis, præsentia, esu, potu, nihil magis aut

Psal. 72.

urgens, aut appositum. Sed nihil ne in tam multis super horum adoratione? Imò vero nonnihil, nec id suo antea loco omisum, verùm hoc breuius recitatum, quod quibuscum ei fuit negotium, in superioribus alioqui errantes, de hac, vt omnibus Christi fidelibus certa quæstionē non mouebant. Neq; pauciora illic aut minus prægnantia de sacrificio & oblatione: Pro templis item & Ecclesiarum fabricis. Quæ illi prædicabant superfluò fabricari & fabricata insuper subruenda, non esse Christianis necessaria sacra ad orandum loca, quia æquè in taberna & in Ecclesia: in foro & in templo: ante altare & ante stabulum & inuocatum Deum audire, & eos qui merentur exaudire. Cuius Ecclesia congregatorū fidelium vnitate, non verò lapidum sibi cohærentium constet multitudine, &c. Sed meminerit lector me hîc non quæcunque ad Eucharistiam pertinent tractanda suscepisse, verum adorationem modò studio, reliqua obiter. In huius autem, qui eorum error numero secundus est, cum alia plerâq; apud Venerabilem, tum illud volupe legere, qui quæ tēpla primùm sancti in Gallia nostra construxerint. Huic autē Petro de Bruis apud S. Egidium fidelium zelo, flammis cruces Dominicas ab eo succensas vlciscētium concremato, succensit Henricus nescio quis, qui doctrinam non quidem emendauit, sed immutauit, & aliquot capitulis auxit, cuius tamen scriptum Venerabilis idem quia auditum ab aliis, non etiam à se visum, intactū reliquit. Sed eius æqualis & amicus B. Bernardus, quod & quale id fuerit auctarium sic scripsit ad Hildefontum Egidianum comitem, Basilicæ sine plebibus, plebes sine sacerdotibus, sacerdotes sine debita reuerentia, sine Christo deinde sunt Christiani, Ecclesie Synagogæ reputantur, sanctuarium Dei sanctum esse negatur, sacramenta non sacra censentur, dies festi festiuis frustrantur solenniis, moriuntur homines in peccatis suis, rapiuntur animæ passim ad tribunal terrificū, heu, nec pœnitentia recõciliati, nec sacra cõmunionem muniti, &c. Nā reliquæ quæ ad Eucharistiam non pertinent, studio missa facio, hic igitur apostata ex monacho propter hæc de tota Francia effugatus in prædicto S. Egidij comitatu dum scortatur, &

*Lib. I. ca. 3.**Henricus
Petri successor.**Epist. 240.**In vita S.*

Bernardi lib. 3. cap. 5. bacchatur, manifestus Ecclesie hostis, irreuerenter Ecclesiasticis derogans sacramentis pariter & ministris, Basilicarum irridens aedificationes, dierum solennium vacationes, &c. à B. Bernardo per Albericum Hostiensem Episcopum S. A. legatum accito Tolosae praedicante verbis & signis confutatus, & tandem catenatus Episcopo traditur, neque plura illic super eo legere est.

Abelardica. Cap. XXI.

Oecolamp. lib. 3. Epist.



Proemio lib. 4. E. N.

Bernard. epist. 187.

& aliquot sequentib.

Et in eius vita lib. 3.

cap. 5. Lib. 5. epist. 3. & 20.

Besza. Pos

siaci anno 1561. D.

Bernardum suum facere

voluit. De

quo nos in

Apologia

lib. 1. ca. 12.

S. Malachias sacramentarium

consuluit.

Odem seculo condemnatum legimus Petrum Abelardum: quo cum licet sacramentarij nihil sibi commune esse velint, tamen qui mortis & passionis Domini pro nobis meritum & satisfactionem, hoc est, fidei summam negavit, non potuit non impia eius esse de sacramento hoc, totius oeconomiae Christi mnemosyno esse opinio, Qua cum, opinor, ratione D. Roffensis de Eucharistia prae sentientem à D. Bernardo confutatum, & cum primum de hac perperam scribere coepit, ab eo protinus accusatum, & manifestè conuictum scribit. Et Bernardus quidem ad Episcopos & Cardinales curiae, ad Innocentium item II. in genere scribit eum de sacramentis Ecclesiae, etiam altaris, non fideliter disputasse. Sed quid aut quale in tam multis de eo epistolis non occurrit. Nihil plus apud Petrum Venerabilem quin potius eum, ut à D. Bernardo alienatum reconciliari curauit, & ut in Catholica fide Cluniaci mortuum commendauit. Quia ergo suam aduersarij à Bernardo in Abelardo sententiam reprobata negant, Agedum, eos, si non in hoc, at in alio ab hoc sancto patre damnatos probemus. Sic autem scribit in vita S. Malachiae episcopi Hiberniae, Fuit quidam clericus in Lesmor, vitae quidem probabilis, fidei non ita. Is sciolus in oculis suis praesumpsit dicere, in Eucharistia esse tantummodò sacramentum, & non rem sacramenti, id est, corporis veritatem. Super quo à Malachia & secreto & saepe conuentus, sed in cassum, uocatus ad medium est, seorsum tamen à laicis, ut si fieri posset, sanaretur, non confunderetur. In conuentu clerico-

rum data homini facultas pro sua sententia respondendi. Cúmque totis ingenij (quo non mediocriter callebat) viribus asserreret, & defendere conaretur errorem, Malachia contrá disputante & conuincente, omnium iudicio superatus, de conuentu cōfusus exiit, non correctus, dicēs Episcopi se pressum autoritate, non ratione victū, Tu, inquit, Malachia, sine causa hodie me confundisti, aduersus profecto veritatē locutus, & contra tuam ipsius conscientiam. Mœstus Episcopus pro homine sic indurato, sed fidei magis iniuriam dolens, timens periculum, Ecclesiam conuocat, erratē publicē arguit, & monet vt resipiscat. Suadentibus hoc ipsum Episcopis & vniuerso clero, cū non acquiesceret, contumaci anathema dicūt, hēreticum protestantes. Ne sic euigilans, Omnes, inquit, fauetis homini potius quā veritati, Ego personam non accipio, vt veritatem deseram. Ad hoc verbum subtomachas sanctus, Dominus, ait, fateri te veritatem faciat vel ex necessitate: Quo respōdente Amen, soluitur conuentus. Tali ille inustus cauterio, fugam meditat, infamis & inhonorus fore non sustinens. Et continuo sua tollens, exiēs, ecce subita correptus infirmitate sistit gradum, viribusque deficiens, eodem loco iactat se super solum, anhelus & fessus. In id fortē loci incidens vagabundus quidam insanus, offendens hominem, quidnam ibi agat percuntatur. Respondet graui se infirmitate teneri, nec procedere valentem, nec redire. Infirmitas hæc, inquit ille, haud alia quā mors. Hoc autem non dixit à semetipso, sed pulchre Dominus per insanum corripuit eum qui sanis noluit acquiescere cōsiliis sensatorum. Et addit, Reuertere domū, ego te inuabo. Denique ipso duce reuertitur in ciuitatem, redit ad cor, & misericordiam Domini. Eadem hora accitur Episcopus, abiicitur error, confessus reatum absoluitur, petit viaticum, datur reconciliatio, & vno penē momento perfidia ore abdicatur, morte diluitur. Ita cunctis mirantibus completus est sermo Malachia, & scripturæ dicentis, quia vexatio dat intellectum auditui. Hactenus Bernardus. Obsecro te lector, qui tam seriō huius episcopi memoriam consecrauit, tam prolixē vitam posteritati tradidit, & hoc inter il-

Viaticum.

Esa. 28.

lius miracula retulit, quo errorem & hæresim, & anathema esse conuincitur, Dominici corporis, nec dubiū quin & sanguinis in Eucharistia non esse veritatem, sentirene potuit ab hac tam abesse illa, quàm cælos à terra? Verum non deest in Abelardi processu, quod præcipuum præsentis operis argumentum, hoc est, carnis Dominicæ adorationem valde iuuet. Nam Gaufridus Antissiodorensis, monachus Cisterciensis ex Abelardi auditore, ne fieret eius etiam erroris imitator, ad magisteriū Bernardi profectus, factus eius discipulus & notarius, de utroque sic inquebat, Ego aliquando magistrum mihi fuisse recordor, qui cum pedibus & intestinis nihil amplius de agno Paschali, aut ipse vorans, aut discipulis exhibens, & se pariter & suos non modica eius parte fraudabat. Siquidem precium redemptionis euacuās, nihil aliud in sacrificio Dominicæ passionis commendauit, nisi virtutis eius exemplum, & amoris incentiuum, quasi hæc duo in mortibus prophetarum exhibita non sint. Et hæc quidem magna vera, sed non sola. Benedictus Deus, qui mihi simul & vobis magistrum postea meliorem dedit, per quem prioris redarguit ignorantiam, insolentiam confutauit. Is enim tanquam verus Hebræus, auidè prius vorabat, & vorandum nobis sollicitè commēdabat caput agni cum pedibus & intestinis: sic imitandum Dominum prædicantem, & sic redamandum diligentem, vt principalem huius sacrificij causam, velut Agni caput redemptionem in eo profiteremur, & adoraremus naturam humanam. Hæc vtriusque discipulus. Et hic ergo ex Abelardino, vt sic dicam, Bernardinus, ex fortasse schismatico indubiè Catholicus, didicit non Christi modò diuinitatē, sed humanitatem quoque adorandā, quidni & inter hæc mysteria adorandam, vbi enim vbi sit, adoranda vtique fuerit. At posterior Gaufridi magister carnem Dominicam in Eucharistia sensit, vt contra sentientem hæreticū tantum non senserit. Habent ergo contra hodièque sentientes errorem suum à D. Bernardo si non in Abelardo, at in clerico illo innominato improbatū, vt hinc non repetam huius viri sancti locos de præsentia, in Apologia, de cultu etiam in hoc tractatu antè allegatos.

*Tritem.
Oecolāpad.*

Agnus Paschalis totus comedendus.

*Exod. 12.
Numer. 9.*

Humanitas Christi adoranda, nedum diuinitas.

Almaricana. Cap. XXII.

Orum post annos plus minus ducentes, anno nimirum Domini circiter 1200. successorem facit Almericum quendam Bernardi Lutzemburgi catalogus, secutus Cesarij Cisterciensis dialogos de variis inscriptos, quorum initium citat Tritemius, ex Gesuero non constat editos. Hunc igitur cum suis asseruisse non aliter Christi corpus in altaris esse pane, quam in alio pane, aut etiam re quavis alia. Quo ferunt modo ex nouatoribus hodiernis cuidam excidisse vt diceret, id non magis hinc in cœna esse quam in cœno. Quod licet fortiter negauerit, consequens tamen est ad id quod peræquè fortiter asserit, id tam procul à cœna abesse quam cœlum à terra, itaque neutrobi esse, in cœna inquam, aut cœno. Sed sit huius Almariciani erroris penes eos fides. Nam qui alios eiusdem errores recensent, tale nihil ei tribuerunt. Non Platina in Innocentio III. sub quo in Concilio Lateranensi eius dogmata condemnata sunt, alioqui non tam hæretica quam insana, iuxta Decretalem Innocentianam, Non annales nostri sub Philippo Augusto, Non Antoninus Florétinus, suo hinc, vt vbiq; penè, more, satis alioqui copiosus, nisi quòd Vincentij Ipeculum secutus, non tam eum quam illius successores, addit non Eucharistiã modò, sed reliqua quoq; sacramenta exufflasse, impudenter asserentes, vt vterè, quæ patris fuerit, legem eiusq; sacramenta à Mose ad Christum, sic nonam, Christi, eiusq; sacramenta à Christo ad eos vsq; durasse, viguisse, finem habuisse, & absoluta amplius locum non habere. Spiritus autem sancti tempora tum incepisse, cuius vnusquisque tantum gratia intus infusa, sine vllò exteriore operũ vel sacramentorum adminiculo, saluus esse posset. Dogmata modernis partim Anabaptisticis, partim Lutheranis, & nouis reformatoriis non absimilia. Almericum ergo Carnotensem, Bena Oriundum, Parisiensem magistrum artium & Theologiæ, damnatum, & recantare coactum, animo, tædio, ac languore demortuum, pone D Martini sepultum, post exhumatum, cum sectariis deprehensis & conuictis, præter mulieres & simplices, quibus per ma-

S iij

*Besza id
negavit Pef
sæci. ann.
1561.*

*Alphonsus
de castro, in
titulo de Eu
charistia.*

*Extra. de
Sum. Trini.
ca. Damna
mus.*

*Guag. li. 6.
Pact. 3. Ti
tul. 19. ca. 1.
paragra. 7.*

iores deceptis parcitum est, extra portam in Campellis crematum, nisi quòd ferunt quidam de autoribus tantum sumptam pœnam, clericis honore & dignitate priuatis, laicis igni absumptis, vt qui stupris & adulteriis impunitatem promitterent, &c.

Albigesia Albanensia Agenensia.

CAP. XXIII.

*Guaguin.
Et Antoni.
vbi supra
paragraphe
3.4. Et c.3.
paragra.1.*



DE Albigesiis eodem penè tempore merita miratur Francus historiographus, eorum dogmata neminem notum scriptorem ad hanc ei diem reliquisse. Et cum hæreticos eos vocent, & ob eam culpam exterminatos autores tradant, genus tamen hærescos præterire, ne Antonius quidem eorum aliquid præter bellum plura quã ciuile attigit. Et multò minus Platina vbi paulò antè. Hinc eos alij Manicheos Arianos alij, alij alios fuisse coniciunt. Cuperem in lucè exire Cisterciensem Cæsarium, nam is ordo in eis oppugnandis palmam obtinuit, & scriptor eodem tempore floruit. Interim qui eum aliquoties allegat Bernardus Lutzemburgus, scribit eos sacramentum corporis & sanguinis Christi blasphemasse, adeo vt fuerint qui in eius contemptum ac confusionem alij volumen sacri Euangelij comminuerint, alij iuxta altaria ventrem purgauerint, & altari palla sceditatem suam deterferint, alij scorto super altari posito sinu abusi. Hæc eorum fuit in sacram Eucharistiam, & Eucharisticam supellectilem irreuerentia. Nobis eorum sensu exquirètibz commodum ac opportunè lucem primùm vidit eorum æqualis Petrus monachus Cisterciensis, Vallis in agro Parisiensi, historicus hoc fide dignior, quo rebus tam gestis præsentior, cuius tamen fides sit penes gallicam versionem, quæ anno Domini 1569. hic prodit. Hæc inter alia eorum dogmata hoc publicè quoque eos docuisse scribit, hostiam sacrosancti corporis Iesu Christi nihil à pane laico, quem vocant, sine communi differre, simplicium auribus blasphemiam hanc

(Berengarianam, vel Iudaicam potius, ut antè diximus) instillantes, Id si vel Alpium instar magnum vel potius, immensum fuisset, aut etiamnum esset, olimiam à tot comedentibus absumptum in nihilum recidisse, aut breui redactum iri. Sacra inde ac profana iuxta habita, Tempa & monasteria signis, vasis, reliquaq; supellectile spoliata, clericorū, monachorum cædibus polluta & cruentata, stabulantibus in eis illorum loco equis, iumentis, & pecudibus, nihil per hæreticos factum in illis reliquum, præter parietes, eosque auro multo redemptos, calices comminctos, & lotio intus & extra perfusos, altaria in præsepia conuersa, & tantum non concalcata, & stercorem suffitu fumigata. Cuiusmodi etiam suffitorum quidam dixit presbyteros sacramenta hæc haurientes, dæmonium toties glutire, & in corpus traicere. Si non eadem reformatores Galliarum hodierni sentiunt, dicunt, & faciunt, Albigenes per me ne sint, aut etiam Albanenses, quos Albigenes anteriores multò quidam faciunt, Anno scilicet Domini circiter 800. Bernardus Lutemburgus ex Antonio scribit eos sacramentum altaris nihil fecisse, aut nihil esse dixisse. Mirum Guidonem Carmelitam inter decem eorum hæresis huius non commemorasse, cum Albigenis ut tempore, sic errore conuenerunt hæretici, quos Agenenses vocant, circa Theolosam male de sacramento altaris & aliis: ad quorum confutationem Petrus Rom. legatus, & multæ aliæ religiosæ personæ cum regibus Ludouico Franciæ, Henrico Angliæ conuenerunt. Sed parum profecisse scribit autor additionū ad Sigeberti chronicon.

*Albanens.
Agenenses.*

Anno 1178.

Fratricellica, Beguaritica, Beguinica.

CAPVT XXIIII.



Multi præterea quos fama obscura, recondit eidem Bernardo, ut flagellantes, qui & cruciferi fratres, eodem paulò post Albigenes, sacerdotio propter sacerdotum malitiam abiecto, sublatis semel omnibus sacramentis & sacramentalibus, templis, cantu, &c. spe-

*Flagellantes
ex libro de
consolatione
Ecclesiæ.*

ciatim de hoc ita sacramento dedocebant magis quam docebant, articulo XV. Deum & Christi corpus non continet sub se realiter altaris sacramentum. XVI. Siquidem hoc verum esset, quòd in sacramento esset veraciter Christus, Deus diu esset deuoratus, etiamsi esset mons ingens magnus. Facilius est scilicet flammam, quòd ille aiebat, ore continere, quam bonum dictum, bene, si Iudæis, Iudaizantibus hæreticis, &c. placet dictum. Vt & eorundem artic. XIX. Siquidem Christus est veraciter in altaris sacramento, Iuda qui eum pro denariis triginta tradidit, peiores sunt, sacerdotes, qui vno eum vendunt. XVII. Auari, qui mundo tantillum panem, cuiusmodi est hostia, vno ad minus venundant denario. XX. Altaris sacramentum non est nisi Kuckuk sacerdotum. Et alia de aliis sacris tam putida & barbara, vt puduerit legere, multò magis relegenda proponere, nisi quòd quæ noua hodie putantur hæc nouatorum scommata, vetusta sunt renouata.

Sequenti seculo, hoc est, paulò post annum Domini M. CCC. Fratricellos, qui eos damnauit Ioannes XXII. generatim dicit, à veritate catholicæ fidei deuiantes, Ecclesiastica sacramenta despexisse. Sed si forte iidem & Begnardi, siue fratres de paupere vita, & muliercule quædam eorum sectariæ, Begninae tum vulgo dictæ, propius rem nostram est, quòd ij vtriusque sexus erronei tum errores alios atque alios catholicæ fidei articulis & Ecclesiasticis sacramentis contrarios, in Allemaniam induxerunt, tum hunc ordine octauum, eundem & vltimum, Quòd in eleuatione corporis non debent asserere, nec ei reuerentiam exhibere, asserentes quòd esset imperfectionis eisdem, si à puritate & altitudine suæ contemplationis tantum descenderent, quòd circa ministerium seu sacramentum Eucharistiæ, aut circa passionem humanitatis Christi aliqua cogitarent. Hæc illi, præfecti scilicet hominis. Atqui cum Domini domum deceat sanctitudo, & cuius in pace factus est locus, cultus cum debita veneratione pacificus, decet vt & ad Ecclesias ingressus sit & deuotus & humilis, & in eis quieta cõuersatio, deo grata, inspicientibus placita, considerâtes non solum institutis,

Iudas traditor.

Fratricelli. Extrava-gans sancta Rom.

Begnardi. Begninae.

De his Clementina. cii de quibusdam.

De religios. domib. et de hereti. cap. Ad nostrum

Psal. 92. 75 In VI. de immunit. Eccl. cap. Decet.

sed & reficiens. Ibidem ergo conuenientes, nomen illud *Phil. 2.*
 quod est super omne nomen, Iesu in quâ, Christi nomen *Iesu nomen*
 exhibitione reuerentiæ specialis attollant, & quod gene-
 raliter scribitur, in hoc vt nomine flectatur omne genu,
 singuli singulariter in seipsis implentes, præcipuè dum a-
 guntur sacra Missarū ministeria, quoties idcunq; nomen
 gloriosum recolitur, flectant genua cordis, quod vel ca-
 pitis testentur inclinacione: attendantur in eisdem locis
 intentis præcordiis sacra solennia, orationibus deuotis *Ephe. 3.*
 insistatur, nullus, vbi cum pace & quiete vota cōuenit ce-
 lebrari, tumultus sit, clamor, aut impetus. Sic paulò ante
 Perfectos Gregorius X. in Concilio Lugdunensi, de no-
 mine quod est super omne nomen, cum vbique, tum in
 tēplis inter sacra honorando, quidni nos idē dicamus de
 corpore, quod est supra omne corpus? Et quibus quæso,
 præcipitur super hoc, interpretibus antè patribus, Adora- *Psal. 98.*
 te scabellum pedum eius? hominibusne imperfectis tan- *Mat. 26.*
 tum, an nō etiam perfectis? Quibus primū dictum est, *&c.*
 Sumite, edite, bibite? an non Apostolis? atqui nemo vn-
 quam manducauit, nisi prius adorauit, aiunt vbi suprâ,
 Ambrosius, Augustinus, &c. Hæresis ergo hæc insania est,
 & huius ratio non minus insana, vt secundum quam pa-
 triarchæ, prophetæ, Apostoli, Euangelistæ, beata etiam
 virgo Bernardis istis & Beguinis imperfectiores fuissent,
 vt qui quod ex eorum gestis & verbis apparet, circa hæc,
 quæ illi cogitare imperfectiois arguunt, tantopere cogi-
 tarent, & ea in corde suo conferrent & conseruarent. Im *Luc. 2.*
 perfecti quoque forent omnes beati spiritus, vt qui in di-
 uina essentia omnia quoque Christi humanitatis sacra-
 menta semper videant, & ea liquidissimè contēplentur.
 Hæc ibidem glossographus, quisquis fuit. Clemens ergo
 V. in Concilio Viennensi sectâ hanc cum hoc & aliis er-
 roribus, totum denique Beguinag; j, vt loquitur, statum *Extraua-*
 damnauit. At huius successor Ioânes XXII. mulierculas *gans cōmu-*
 ab huiusmodi erratis immunes, & moribus alioqui & vi- *nis, ratio re-*
 ta inculpabiles, sub habitu Beguinarū ita viuere permisit, *sta, de reli-*
 & ab ordinariis locorū molestari prohibuit, nimirū ne in *gros. domis.*
 nocentes cū nocentibus ad paria iudicaretur, vt hac tamē
 permissione statū hunc approbare nullatenus intēderet.

*Sessione 8.**Mat. II. 17**Marc. 5.**Luc. 9.**Roffensisin**Oecolamp.**lib. 8. ca. 4.**E.**Fredenardus.**Eucharistia**Sacramētū**Signū, signu-**ra. Augu-**stini in Ps. 3**& contra**Adiuuan-**tum cap. 12**Tertull. con-**tra marciō-**nem lib. 4.*

Odem seculo Ioānes Vicleff Anglus Anglicanam Ecclesiā multis nouitatibus turbauit. Vicleuica non habeo, nec habere uolo, sed ex XLV. articulis eius Constātiæ in Concilio damnatis, hic erat III. Christus non est in sacramento altaris identicè & realiter in propria substantia corporali. At propius est errorem sacramentarium hic inter eiusdem articulos XLVI. à Vilelmo Videfordo impugnatos ordine secundus, sicut Ioannes fuit figuratiuè Helias, & non personaliter: sic panis est figuraliter corpus Christi, & non naturaliter, Et quod absque omni ambiguitate est figuratiua locutio, hoc est corpus meum, sicut illa in uerbis Christi, Ioānes ipse est Helias. At ex multis Euangelij circumstantiis deprehendere est id, Ioannem non simpliciter nominauisse Heliam, ut quibus facillè intelligat non eundem hominē, nec enim absolutè Dominus enuncianit, sicut, hoc est corpus meum, ita, Ioannes est Helias. Sed, si uultis recipere q. d. Si mente attenda, & animo facili, nec contentioso utriusque gesta suscipere, ipse ille est, qui uenturus erat in uirtute & spiritu Helix, id est Heliam representans: & adiecit, Qui habet aures audiendi, audiat. Quod & Chrysostomus annotauit. Ex multis autem huius articuli per videfordum improbationibus, hæc est omnium maximè, quod aiunt, ad hominem, ordine X. Augustinus in pluribus libris inculcat scripturæ logicam de figuratiua significatione, ponens infinita scripturæ exempla de tali locutione, neque unquam aut usquam de his uerbis, hoc est corpus meum, mentionem facit quòd sit eiusmodi locutio, quod tamē fecisset, si talis locutio fuisset. Nec aliquis unquam nisi super hæresi suspectus, ut prius Berengarius & Frederuuardus (ignotus hæcenus mihi scriptor) antiquitus posuerunt, quorum condemnata fuit sententia. Hæc ille. Et Augustinus quidem Eucharistiam non dubitauit dicere corporis & sanguinis Dominici non solum sacramentum, sed etiam, & quidem consequenter, signū & figuram, sicut & multò antè conterraneus eius Tertul-

lianus. Quod quoties occurrit, & exponendum propter
 meticolosus, & soluendum propter audaculos. Nam hic
 licet hæc verba, hoc est corpus meum, exponat, id est fi-
 gura corporis mei, fortasse iuxta traditionem Marcionis
 in cuius Euangelio ita fortè scriptum erat, eodem tamen
 loco clarè dicit Dominum hæc dicendo, panem fecisse
 corpus suum. Nouimus autè quam vim habeat hoc ver-
 bum *Fecit*. Et si quid claro clarius, Carnem alibi asserit *Facere*.
 Christi corpore ac sanguine, alibi baptisatos opimitate *De resurre-*
 corporis Domini vefci, & exponit, Eucharistia scilicet. *ctione de*
 Figuram igitur sacramentum hoc vterque vocet, sed non *puccitia.*
 solam: & signum, sed non solum, Augustinus præsertim, *Roffensis in*
 tam multis alioqui locis verum corpus & sanguinem hîc *Oecolampa.*
 confessus. Quorum vtrunque suo quodque sensu toties *lib. 2. cap.*
 hîc exposito, recipimus, vt Eucharistia quia sacramentum *20. 21. 22.*
 est, proinde sit & signant & figurant, verè & re ipsa præ- *Figuratiua*
 sentium. Sed manet interim firmum quod Vicleffo Vi- *exhibitua.*
 defordus opposuit, Augustinum nusquam (vel ad pœnâ *Signum cons-*
 libri) hoc Domini axioma, Hoc est corpus meum, aut in- *testium.*
 ter figuratas scripturæ locutiones reposuisse, aut huic eius- *dem Domini de Ioanue, Ipse est Helias, æquiparauisse.*
 De præsentia autem alibi plura nos tum in Apologia, tû *Artic. I.*
 libello latinogallico, de efficacia verborum horum. Sed *Argumen-*
 quoniam more ac modulo nostro suo quæque loco tra- *to. x.*
 ctamus, propius rem præsentem, id est Eucharistiæ ado-
 rationem, est, quod idem Vicleffus obiiciebat, nescio ma-
 gis nè impiè an barbarè, fratres, aiens, nesciât dicere quid
 est hostia consecrata si accidentia sine subiecto. Et cum
 talia propter se non adorentur, sed pro eo quòd conti-
 nent in se Christi corpus, sequitur maiorem esse rationè,
 quencunque strauimus nodulum, vel quodcunque signa-
 bile corpus adorâdi, quàm hostiam consecratâ: eo quòd
 ea non est in sua natura, vel propter bonitatem, quam in
 se continet, naturalem, taliter adoranda. Vnde adoranda
 non est, quia est corpus Christi, sed quia id in se cõtinet
 absconditè. Cum ego in nodulo straminis, & in omni crea-
 tura realiter sit trinitas increata, longè quàm hoc corpus
 perfectior, sequitur aiebat quanlibet creaturam amplius
 quàm hanc hostiam propter contentû absconditam, esse

adorandam. Respondet Videfordus, si non latinus, ut tū stylus erat (vnde vtriusque verba nonnihil mutata, sensu nihil mutato) at certè Christianus. Hic, ait, dico falsum fratribus & catholicis eum imponere, quasi hostiam, aliud quid sit quàm accidens sine subiecto, dicere nesciāt, cum ea propriè loquendo, sit Christi corpus sub panis in ipsum sacramentaliter transubstantiati & conuersi speciebus contētum, eaque est quam Catholici adorant. Bene tamen verum, late & minus propriè loquēdo, signa illa & accidentia non dici hostiam, sed sacramētum, quod ita sacramentum est, ut non etiam sit res sacramenti. Sed hanc hostiam sic largè & impropriè sumptam, At Christū Dei filium in sacramēto patriæ quidem adoratione diuinitatem eius: hyperdulix autem humanitatem per se cōsideratam adoraueram. In sacramento inquam & in altari locus est adorationi conueniens, Nam nec Christus nec Trinitas vult ab hominibus adorari, nisi in loco orationi conueniente, ac proinde neque Christi corpus vbiunque sit, ut, verbi gratia, in stomacho sacerdotis statim post communionem, nec in bruto, si quo casu sacramentum sumat, ut Trinitas nec adoranda est prout est in dæmone, aut publice, & à pari, nec in stramine, quod certū est non adorandū esse, quòd in eo sit Trinitas, sicut nec symbola illa sacramēta, quæ largè loquēdo, prout sunt hostia cōsecrata, æquè absconditè (inò magis) Trinitatem continent, quàm straminens nodulus. Ideoque propter Trinitatis existentiam non maior huius adorandi ratio, quàm illorū, cum æquè sit in illis quàm in hoc Trinitas. Ita Viclefficiū argumentū nullius valoris, & multipliciter errans atque peccans. Hæc illi, minus vterque clarè, nec inter sacra hæc & profana distinguētes, Vicleffus nihil omnino, Videfordus neque satis, neque prout decet. Decet enim honor quoq; suus signa hæc, quatenus reiū sunt diuinarū exhibitoria, nedū significatiua. Quòd autè negat Deū vnitrinum, aut etiam Christū vbiuis adorandum de cultu publico intelligendum, ut distinximus ad id Pauli. *In omni loco.* Creatorem alioqui in omnibus creaturis, quālibet abiectis, agnoscēdum & colendū, &c. Nec tamē tolerādi sunt (prout neq; suo tolerati fuerūt seculo Pseu-

Signa exhibitoria.

1. Tim. 2.

apostoli) qui autoribus nescio quibus Segarello Parmesi, Pseudapo.
 & Dulcino Nauariensi, circiter anno Domini 1260. nō di- stols.
 stinguētes aras ab hāris, docebāt inter ceteros infāntias, Segarellus.
 Ecclesiā consecratā non plus valere ad orandū, quā stā Dulcimius.
 bulū porcorū, nec melius adorari Christū in tēplis quā Guido car-
 in syluis. Sic multūm dehonestātes cum diuina omnia & meleta erro-
 sacrosanctā sacramēta, tum sanctā imprimis corporis & re. 8.
 sanguinis Domīnici mēsam, & totū denique Dei cultū. Templorū
 Quæ omnia audire nefariū est eo loci celebrari, quō pe- vsus.
 dē ponere præ sordibus & fœtore nolis. Hęc inquā, digni 1. Reg. 6. 7
 tate ac reuerētia veterē Domini arcā lōgē excedētia. Cui 1. Part. 17.
 David lōgē ab his sordidis diuerso spiritu præditus tēplū 3. Reg. 6.
 tā magnificū parauit, Salomō ædificauit & dedicauit. De 2. Par. 3.
 dicarūt post eū Esdras, Nehemias, Macchabai, rai, vt in- Esdr. 6.
 dignū, domos suas quā Domini honoratiores esse, ita Nehem. 12.
 honoris & sãctitatis Dominū quodāmodō abhorre lo 1. Mac. 4.
 cos ad eū reuerēter ac deuotē adorandū minus aptos, qui 2. Mac. 10.
 ambulat in medio nostri, vt sint, quod aiebat Moses ad Deut. 23.
 Israël, castra tua sãcta, multō magis tēpla nostra, ne quid
 in iis fœditatis appareat, & derelinquat nos. Veterū certē
 monumētis cōstat, Apostolicis etiā tēporis loca fuisse pu
 blica, quę tū oratoria, tum Ecclesię dicerētur, vbi populus
 Christi fidelis quæ ad religionē & fidē pērtinerēt, docere
 tur atq; exerceat. Sed infāni isti atq; irreuerētes ab Eccle-
 sia eiecti, nec in Ecclesiis orare permīssi, in mētibus & ne
 morib⁹, vt Israël in lucis & collibus, mysteria sua celebra Hostia.
 bāt. Sed nihil est opus in errore tā apertū pluribus agere, Victimā.
 Cū in agro Bernesi 1548. rusticarer, cōperi quodā in vi Tho. p. 3. q.
 co nō procul à Generēsi, tēplū fimo agmino, ouillo, capri 73. artic. 4.
 no oppletū, quęrenti eiusmodi in loco scilicet sacro ratio ad 3.
 nē respondit loci minister, vici greges solitos in æstu sub Eph. 5.
 noctāquā vmbaculo meridiari. Quōd autē ad hostiē per Hebr. 9.
 tinet vocabulū, id nomē huic mysterio cōuenit, quatenus Aug. lib.
 Christum ipsum continet, qui est salutaris hostia illa, quā 9. cor. festio.
 semetipsum Deo tradidit in odorē suauitatis, & per quā cap. 13.
 in consummationem seculorū ad destructionem peccati Damascen.
 apparuit. Et quōd ex altari dispensatur sancta illa victi- lib. 4.
 cta, qua deletum est chirographum nobis contrarium, Cap. 14.
 Græcis θυσία, pura videlicet hostia & incruenta, quam ab Mal. 1.
 ortu ad occalum vsque sibi Deus offerēdam per prophe-

Cyprianus. Tract. 3. tam prædixerat, Christi inquam, corpus atque sanguis, in animæ corporisque nostri stabilimentum, incorruptum, in nostram substantiam & consecrationem, omnimodi nocenti reparatio, sordis omnis purgatio. Curat enim morbos, & omnimoda damna, &c. Et querebatur latinus quidam pater schismaticos Dominicæ hostiæ veritatem per falsa sacrificia profanare, &c.

Hussitica. Cap. XXVI.

Remitius in repetitione cap. 31. parag. 3. Hus nomine impro- bavit Violentum. Sessione 15.



Lib. 1. et 2. **V**icleffam ergo reputamus, imò finiamus, & ad alios migremus, observatione dignum est, quòd Ioannes Hus doctrinam eius in articulis aliquot amplexus, in doctrina de Eucharistia, quòd cum videret Christi corporis & sanguinis in cœna præsentiam negare, hoc quia item videret cum verbis institutionis pugna- re, non probavit, vt qui Hussi dogmata sequuntur affir- marunt. Sed huius assertionis autorem vellem citassent, cum è contrario ex huius xxx. articulis in eodem conci- lio Constantiensi damnatis, xxv. improbet condemna- tionem xl v. articulorum Vicleffi, per doctores factam, vt irrationabilem, hac modò de causa, quòd eorum nul- lus esse Catholicus, sed quilibet aut hæreticus, aut erro- neus, aut scandalosus. Sic Hussus Vicleffi articulos faciès suos, eiusdem etiam errores suos, & hæreses, suas: & scân- dala, sua fecis. Atqui articulorum Viclefforum tertius Constantiæ damnatus, excludit Christum ab hoc sacra- mento: & secundus à Videfordo improbatus, verba hu- ius sacramenti formalia siue consecratoria, tropica facit seu figurata. Et scholiastes quidem Constantienses testa- tur hunc Hussi de probatis ab eo Vicleffi articulis, articu- lum legitimè contra eum fuisse probatum. Cùm autem Hussitica tam vetus Przibrami testis oculati, quàm noua D. Cochlæi, contrà testetur Vicleffi doctrinam fuisse an- no 1408. coram M. Ioanne Hus tanquam principali præsentè & consentiente, tripliciter Pragæ condemnata, ab vniuersitate generaliter, à facultate Theologiæ spe- cialiter, à natione Bohemica specialissimè, vt sic dicâ, & seuc-

nissimè, nihil hîc conuenientius responderi potest, quàm
 Hussum non sibi conuenisse, sed multoties suam de Vi- *Pragensis*
 cleffo mutauisse sententiã. Et nihilo sibi magis Hussitas *in Thabori*
 constituisse. Nam Pragenses, vt multò Ecclesiã Romanã *tas.*
 propiores ac conformiores, de hac præsentiã sic anno, *Artic. 5.*
 1521. statuisse, in diuinissimo Eucharistiã sacramento tã
 sub specie panis, quàm sub forma vini totum Dominum
 Iesum Christum, verum Deum & hominem, cū suo pro-
 prio corpore & sanguine nobiscū esse sua præsentiã rea-
 li. Sic ab omnibus tenendum, & populo nunciandum. Et
 iidem contra Thaboritas, vt ab Hussi de hoc fide ad Vi-
 cleffi errores, apostatas, post X I I I. articulū Prohibiti *Lib. I. ca. II*
 super eadem præsentiã *præallegatū*, super adoratione sic, *Pius idem*
 Cui (Christo vtique) in eodē sacramēto honor, cultu, ge- *Bohemia,*
 nuflexione, adoratione, luminum accensione, & aliarum *cap. 32. 37.*
 venerationū exhibitiones debet exhiberi. Hinc toties à *62.*
 Pragensibus, & quidē armatis, eorūque papa Rochezana *Cocleus*
 Eucharistia per circulos, plateas, & Ecclesias solennibus *lib. 4. 10. II*
 processionibus circūuecta, singulis penè dieb⁹, Venceslao *Venceslaus*
 Bohemię rege nequicquã veritate Dominicū corpus in hu-
 iusmodi pōpis ab hæreticis circūferri. Cuius non ita pōst
 mortui successor rex Ladislaiis, neque ita pōst morituros
 dignū quod Catholici reges imitētur, exēplū edidit, qui
 nunquã hæreticorū Ecclesias, quamuis sæpe rogatus, in-
 trarit, nec sacris interfuerit Rochezanã in celebritate cor-
 poris Christi id vicatim deferentē conspicatus, nullū re-
 uerentiã signū præbuit. Percunctatibus amicis vt quid sa-
 cramentū inhonestasset, Nō me latet, inquit, diuinissimū
 Christi corpus dignius esse, quàm vt per me satis honora-
 ri possit, nec mea reuerētia gloriã eius auget, neque deho-
 nestatio decus imminuit: sed cauendū mihi fuit, ne dum
 Christū honoro, sacrilegū presbyterum popularibus ap-
 probauisse videar, quorū plerūque mores ex principe pē-
 dent. Nec ij me Deū contempisse putabūt cuius corpus
 sacratissimū in catholici presbyteri manu summis me sæ-
 per honoribus vidēre profectū. Sic rege cū principibus
 dieum ad eū confluentibus factionis sacramenta cōtem-
 nente, qui decepti errabāt, aliorū contēplati mores, suas
 ineptias agnoscentes, ab Hussitarū perfidia ad Ecclesiam

reuertebantur. Et huius tamen factionis controuersam hanc licet præsentia & adorationem recipientis, vt error secū non magis quàm cum aliis cōuenit, de huius sacramenti appendicibus hæc tū fuerunt dogmata, Templum imprimis Dei latè patentis ipsum mundū esse: coarctare maiestatem, qui Ecclesias, monasteria, oratorioque construunt, tãquam propicior diuina in eis bonitas inueniatur: sacerdotales vestes, altarium ornamenta, pallas, corporalia, calices, patenas, vasque huiusmodi nihil habere momenti. Sacerdotem quocunque loco & tempore sacrū Christi corpus conficere posse, petentibusque ministrare: sufficere si verba sacramentalia tantum dicat. Hic obiter nota schismaticos alioqui, de vi verborū sacramentalium conuenire. Sed vt hæc partim vera sint, dum se necessariis contentos esse falso prætexunt, nõ necessario scilicet reformaturi pro reformatione barbariem meram inuenerunt, quã diligenter hodie sequuntur in Gallia Nouatores, deformationem vtique, nõ reformationem. Simul enim dictum atque factum, Hussitæ tum vt isti hodie tēpli petæ, tēplis sibi à rege extortis non contenti, plura & ampliora extorturi, aliena, id est catholica è fundamētis deiciunt monasteria incendūt, deripiunt Ecclesias & presbyteria, fana & profana ferro & igne vastant. Fuit cum ciues etiam magistratus, consules, iudices eorum furori non consentientes, alij metu fugati, & fuga seruati, alij ab eis intercepti, ex altissimis prætorij fenestris in forū præcipitati, læceis ac veribus irati populi excepti dirū spectaculum dilaniati præbuerē. Ioāne quedam pseudomona-cho apostata ibi stāte, & Domini corpus sanguinario populo ostērate. Illud mirum, de superioribus dogmatis nullam in articulis Hussi Constantiæ damnatis extare, vt fuerint, quod fere fit, Hussio Hussitæ, magistro discipuli pestilentiores.

*Vvaldēses.
Reunitius
in repetitio-
ne cap. 1.
par. 14.*



Vvaldensia, Cap. XXVII.

T siquidem ita hi senserint, Vicleffum magis quàm Hussum, aut etiã Valdenses secuti sunt: Nam & Valdensium illic à Pio dogmata recenserit quidem intelligunt, Bernardus

Lutzēburgensis, Alphonsus Castrēsis, etiāsi quæ in médi-
cantes dicūtur, Valdensium nec esse quidē possint, vt po-
tè multò anteriorū, quos ferunt ortos circiter annū Do-
mini 1160. Quo tēpore scriptum ab his idiotis (& tales e-
nim fuisse ferunt) aut contra eos à doctis de hac materia
rescriptum cū nihil haberem, suo eos antea loco non
tam omisi, quàm huc distuli: quia seculo post Hussum
circiter annum Domini 1506. fratres (sic enim se inscripse-
runt) Valdēses professione ad Vladislauū Vngariæ regem
missa typis etiā post excusa, loco de cœna Domini coacer-
natis de Christi ad Patrē reditu & Ascensione testimoniis,
cōcludebant Christum post eam ante extremū diem cū
naturali suo corpore personaliter & corporaliter nō esse
in terra, sed in vno ad dexteram Dei loco, ideoque panē
esse Christi corpus, sicut Ioannes fuit Helias, quia contra
Euangelium pugnet Christum vel hīc, vel illic monstra-
re. Anno verò 1523. Confessionē Luthero diiudicandam
cū misissent, scripto eius, quod & extare ferunt, super
hoc errore moniti, post quia Cingliani sui etiam erroris
ab eorum doctrina patrocinium peterent, cōfessione re-
petita & exposita publicè testati sunt se cū Luthero sen-
tire, & à Cinglio dissentire. Sed videt hic protestans
quam sit editionem secutus, nam ea quam ad em regē mi-
serunt fidei professione anno 1508. sic non eū hoc tantū
articulo, sed & de aliis docēt, vt Lutheri Catechilla ma-
gis quàm catechumeni fuisse videantur. Et de præsentia
quidem aliter atque aliter, hoc est, inconstanter, modò
enim aiunt, modò negant, adorationem autem constan-
ter, vel obstinatè potius pernegāt, etiam vbi præsentiam
asserunt, vel magis videntur asserere. Sic igitur super Eu-
charistia docebant, Vbicūque dignus sacerdos cum fido
populo iuxta sensum & Christi intētione, Ecclesiæque
ordinationem, orationē faciens huiusmodi verbis, vide-
licet, Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus, testifi-
catus fuerit, cōfestim præsens panis est corpus Christi in
mortem pro nobis oblatum. Vinum similiter præsens est
sanguis eius effusus in remissionem peccatorum. Et, Re-
uera nō modò de pane accepto, benedicto, fracto, testi-
ficato esse corpus suū, nos credimus corpus eius esse, sed

*Estat im-
pressa cum
commenta-
riis Ænea-
sylui de cō-
cilio Basi-
liensis. Et in
fascicula,
&c. colo-
niæ. 1525.*

*Panis est
corpus natu-
rale & spi-
ritale.*

*Vinum est
sanguis na-
turalis ei-
spiritalis.*

*In propria
substantia.*

*Vnitas Ec-
clesia.*

& si lapidem accipiendo, dixisset ipsum corpus suum esse, Idem repetunt paulò post in confessione. Cum presbyter ritè ordinatus verba testimonii Christi expresserit, cōtinuò panis est corpus Christi, verū, naturale ex castissima Virgine sumptū, quod erat traditurus, vt viuus panis testatur, hoc est, inquit, corpus meum, quod pro vobis tradetur. Similiter vinum sanguis est naturalis corporalis eius, qui fundendus erat in remissionem peccatorum: nec solū credimus panem esse naturale corpus, & vinū, sanguinem naturalē sacramentaliter, sed & panē pariter esse corpus spiritale, & vinum sanguinē spiritalem asserimus. Idem in excusatione Euāgelium dicit, quòd saluator accipiens panem in venerabiles manus, & illum sistens pro corpore suo, monstrauit super panē, & dixit, hoc est corpus meū. Similiter & accipiēs calicem, dixit, Hic est calix in meo sanguine, vel, hic est sanguis meus. Et nos ita simpliciter verbis Christi credentes, ex fide catholica fundata in sacra scriptura tenemus, quādo cūque secundum sensum saluatoris, & indiuiduæ Trinitatis ordinationem sacerdos dignus cum populo suo fidei orationem facit, & illo verbo dicit, hoc est corpus meū, &, hic est sanguis meus, quòd statim panis præsens est corpus Christi (traditum in mortē, & vinum est suus sanguis in redēptionem peccatorum. Panem autē hunc Christi corpus esse, in propria panis substantia cū ipsis accidentibus, post cōsecrationem & corpus Christi *Ibi esse*, Et adhuc postea, Credimus quia panis est corpus Iesu Christi naturale & spiritale, benedictū. Et mox quod lingua latina Maiestati regiē scripserāt, bohémica ponūt, quod sic interpretatur, Quòd post verbū per sacerdotem rectè consecratū, statim panis est corpus Christi verum. Naturale, sumptum ex Maria Virgine, quod debuit tradi, sicut dicit, hoc est corpus meū & vinum sanguis eius naturalis corporis, qui debuit effundi. Nec solū credimus quòd panis est naturalis caro, & vinum naturalis sanguis benedictus, sed quod panis simul etiam caro est spiritalis, & vinum sanguis est spiritalis, quod est vnitas Ecclesiæ. Hactenus illi de substantia Eucharistiæ. In quibus primū quidem toties repetunt de sacerdote ritè ordinato, & materia per eum rectè

consecrata, rectè quidem, & contra ministros, qui seipfi
 inscribunt extraordinarios, homines maxima ex parte *Extraordi-*
 inordinatos. Sed quòd dignum addunt, siquidem sacra- *narij mini-*
 menta sic ab indigno non confici credunt, errant: Error *stri inordi-*
 enim est, & vetus Donatismus, per Viclefum articulo 4. *nati.*
 & 15. quasi Episcopus aut sacerdos in peccato mortali nõ *Donatisti-*
 ordinet, non conficiat, non consecret, non baptiset, imò *mus, mini-*
 nec sit, quod dicitur, & per Hussium articulo 30. *strum indi-*
 verbis, quo ad vltimam partem. 3. & 5. quòd mali præfer- *gnum non*
 tim non sint partes Ecclesiæ, ac sic nec ministri, & 25. Vi- *conficere.*
 clefiantem, innouatores, Constantiæ sessionibus 8. & 15. *Pius in Bo-*
 improbatus. De reliquo, audis in Valdensibus Lutherana *hemis, cap.*
 Luthero nondum audito impanationem & inuinationem *35.*
 nem, Panem, panem remanentem, Christi esse corpus, & *Impanatio.*
 vinum æquè vinum remanens, eiusdem esse sanguinem. *Inuination.*
 Et quoties toties iidem crepant, ita se post Euangelistas,
 Apostolos, Paulum, Ecclesiam primitiuam, adeoque Ca-
 tholicam credere ac profiteri, falsum Euangelistis, &c. im-
 ponunt, nusquam enim Euangeliorum aut Epistolarum
 Pauli hæc leguntur, Panis & Christi corpus, aut Vinum *Termini di-*
 est sanguis. Termini, vt cum nostris quondam Termina- *sparati.*
 riis loquar, disparati, absolute modò capti, nulla potesta- *Mander-*
 te, ne diuina quidem siue super naturali, ex parte rei veri- *stem diuisio-*
 ficabiles, eo quòd nequeat ita se habere qualiter per eos *ne. 13.*
 significatur. Ne græca quidè. Matthæi, Marci, Luca, Pau-
 li de pane id patiuntur magis quàm latina, cum vtroque
 demonstratiuum *πρω*, hoc, neutrum sit, *ἄρτος*, panis, mal-
 culinum. Quid igitur apud Apostolos & Euangelistas
 Christus? Hoc est corpus meum, hoc vel hic est sanguis
 meus. Audimus, dicent Valdenses, & allegamus, sed quid
 hoc? nimirum quod vobis sumendum, edendum, atque
 bibendum porrigo, corpus est meum, sanguis est meus, sic
 exponuntibus Græcis & Latinis Orthodoxis. Et tamen
 non desunt in superioribus Valdensium scriptis, Zuingli- *Panis cor-*
 glianismi, hoc est, dogmatis Lutherano contrarii semina *pus Christi*
 ria quæ paulò post in fructus peræquè contrarios erum- *sacramen-*
 punt. Dicunt enim panem esse Christi verum corpus, sed *taliter my-*
 sacramentaliter, quo nimirum modo etiam dicunt esse *sticam.*
 mylticum siue spiritale, id est, Ecclesiam, ac proinde tan- *2. Tim. 3.*

*Conuersio
& similia
vocabula.*

tum significatiuè. Pergunt igitur & proficiunt, sed, vt Paulus ait, in prius, & cum Lutherismo & Zuingliano di-
cunt, in verbis Domini nullum esse de panis conuersione
verbum. Hic breuiter respondemus (nec enim vbique o-
mnia tractare omnes possumus) huius & similibus ac æ-
quiualentium vocabulorum plenos esse patres Ortho-
doxes, verborum Domini fideissimos ore ac animo vno in-
terpretes, scribes panem & vinum verbo Dei verti, cõ-
uerti, mutari, transmutari, transsumi, transponi, transire,
transferri, nondum transformari aut transfigurari. Deni-
que cõfici & effici, creari etiam & fieri Christi corpus car-
nem & sanguinem. Græci παραλαμβάνειν, & μεταβολήν,
μεταποίησιν, μετασχηματισμόν. Sed addunt Valdenses Chri-
stum non magis dixisse, sub his (panis & vini) speciebus,
neque in illo, neque ex illo, neque simul cum illo (nec
sub illo) pane videlicet suum esse corpus, sicut multi (aiunt
iidem) scrupulosius exposuerunt, & hodie exponunt.

*SVB. IN.
EX.
CVM.*

*De sacra-
mentis lib.
Et cap. 4.
Part. 3 q.
75. artic. 8.
Mystigo-
gia. 4.
De conf.
dist. 2. ca.
Hos autem
ca. hoc est.
Tract. 26.
In Ioan.
Personaliter.*

Sic hodieque Zuingliani subsannant in Lutheranis has
formulas, IN SVB, CVM. Pane Christi corpus
esse. Neque verò id dicimus, imò id negamus. Liti-
gent ergo inuicem, imò & Valdenses secum pugnent,
qui vtranque, vt ait ille, paginam faciunt. De pane au-
tem, siue ex pane, vbi accessit consecratio, fieri cor-
pus Domini, non vnus est Ambrosii, quo autem sen-
su, vtranque verè, hoc etiam propriè dictum sit, qui
hic nolunt Thomam Aquinatem recipere, melius, si-
quidem possunt, explicent. Sub typo quoque Græcis,
Latinis autem sub speciebus panis & vini, verum at-
que naturale Christi corpus & sanguinem, verè esse,
dari, adorari, non vni Cyrillo Hierosolymitano inter
illos, inter hos non vni Augustino, Prosperoque eius
discipulo, vstitutum, qui diligenter vestigauerit, in-
uestigabit. Quanquam vtinam super his duntaxat lo-
quendi formulis, non etiam de rerum substantia hæc
hodierna esset Helena. Sui ergo dissimiles Christi
corpus & sanguinem paulatim submouent ab Eucha-
ristia, ita, Non credimus eum personaliter in terra, nec
hos recipimus, qui eandem personam (quæ illo in cæ-
lo est) hic esse monstrant. Et interrogati, non idem Chri-

stus adfit, quem sub sacramento corporis & sanguinis se
 simulabant nobiscum credere, an ab illo differens, qui
 sedet ad dexteram Patris? Responderunt ita, Dicimus sim-
 pliciter, Vnus nobis Christus est in sacramento cum suo
 naturali corpore talis, sed per aliam existentiam, quam
 in dextris Dei: & quod etiam cum carne spiritali: quia a-
 liud est dicere, Ille Christus, hoc corpus: & aliud, cum hu-
 iusmodi existentia. Primum concedimus, quia ille Chri-
 stus cum hoc corpore: aliud non concedimus, sed resisti-
 mus, quòd post suam ascensionem cum naturali substan-
 tia corporis sui personaliter (hìc) existat. Nec fuit, nec
 est, nec erit ad extremum vsque iudicium, quia cum illa
 substantia corporis sui non nisi vnum locum habet, sicut
 hìc habuit adhuc viator, nò potest multiplicari, nec cor-
 poraliter leuari: Nam manifestans personalem ascensio-
 nem substantiæ naturalis corporis, dicebat suis, Pauperes
 vobiscum semper habebitis, me autem non semper. Et,
 Vado ad eum qui misit me, Vado parare vobis locum. Si
 non abiero, paracletus nò veniet ad vos: sin abiero, mit-
 tam eum. Et aduentum adhuc suum, verumque abscef-
 sum, quòdque personaliter cum substantia corporis as-
 sumpti abiret, testificatus, dixit, Exiui à Patre, & veni in
 mundum: Iterum relinquo mundum, & vado ad Patrē.
 Et in oratione ad eum, iam non sum in mundo. Et hi in
 mundo sunt, & ego ad te venio. Et iterum, Filioli adhuc
 modicum vobiscum. Et per similitudinem, Nūquid pos-
 sunt filij sponsi lugere, quandiu cum illis sponsus? Veniēt
 dies, cum auferetur ab eis. Iterum, Ascendo ad patrem
 meum, &c. Et Angeli, Hic Iesus qui assumptus est à vo-
 bis in cœlum, sic veniēt, &c. Et hæc illa est propheta, Se-
 de à dextris meis, donec ponam, &c. Et S. Petrus, Quem
 oportet cœlum suscipere vsque in tempora restitutionis
 omnium, Quem Stephanus vidit stantem à dextris Dei,
 Paulus in tertio cœlo, & dixit, Et si cognouimus secun-
 dum carnem, Christum, sed nunc iam non nouimus. Et
 alibi Christus multoties manifestat suum ascensum, &
 descensum non antè fieri quàm ad extremum iudicium,
 expectandum, cum potestate interim, iustitia, & auxilio,
 se futurum pollicitus ad seculi vsque consummationem

*Christicor-
 pus in cœlo
 Et in sacra-
 mento, ali-
 ter atque
 aliter.*

*Matt. 26.
 Marc. 14.
 Ioã. 12. 13.
 14. 16. 17.
 20.*

*Matt. 9.
 Marc. 2.
 Luc. 5.
 Act. 1.
 Psal. 109.*

*Act. 3.
 Act. 7.
 2. Cor. 12.
 5.*

*Matt. 28.
 18.*

Epist. 57. sonat vox veteris magniq; doctoris Augustini, hæc, Do-
tract. 30. Et nec sectulum finiatur, sursum est Dominus, sed hîc tamē
50. in Ioã. nobiscum est veritas Dominus, Corpus in quo resurre-
Et lib. de xit, in vno loco esse oportet, veritas, vel (vt quidam le-
triplici ha- gunt) virtus eius vbique diffusa est. Sic cum suo corpore
bitaculo. de & sanguine in naturali substantia personaliter existen-
conf. dist. 2. ter non est hîc, sed vno in loco, à dextris Dei, vt antea
ca. Prima. hîc in suo mortali corpore, vno in loco existens, non in
Existenter. alio fuit eodem tēpore. Lazarus, aiebat discipulis, mor-
Ioan. 11. tuus est, & gaudeo, vt credatis, quia non eram ibi, sed ea-
 mus ad eum. Sic post resurrectionem glorificato corpo-
 re, vno eodēque tempore non fuit multis in locis, sed
 in vno, & aliàs in aliis: cum Hierosolymæ, non in Gali-
 læa, & contra: cum illic, non in sepulcro, nec enim men-
 tiebantur angeli dicentes, Surrexit, non est hîc. Sic cum
Matt. 28. suo substantiali assumpto corpore, quocum nunc sedet
Marc. 16. ad dexteram Dei, multiplicari nō potest, sed solū vnus
Luc. 24. totus verus existenter manet in cœlo: nec corporaliter
 sumi à fidelibus animabus, sed solū spiritualiter, quia di-
Ioan. 6. xit, Si ergo videritis Filium hominis ascendentem vbi
 prius erat: Spiritus est qui viuificat, caro nō prodest quic-
 quam. Sed quamuis non est hîc cum corpore naturali:
 mansione existenter & corporaliter: est tamen spiritali-
 ter, potenter, benedictè, in veritate: quacum mansione
 non abiit, nec abibit à suis, sed vbique vbi vult, est, & in-
 finitis locis huius corporis & sanguinis veritas augmen-
 tatur, & multiplicari potest ad omnem necessitatem suo-
 rum fidelium & electorum, habitans per fidem in cordi-
 bus nostris, & in eis loquens. Et vt melius adhuc intelli-
 gatur quòd nec assimilamus, neq; pro vno ponimus (esse
Eph. 3. scilicet in sacramento & in cœlo) eius habemus exem-
2. Cor. 13. plum in Ioanne Baptista, quem angelus & Dominus di-
Luc. 1. xerunt esse Heliam, in esse spiritali, virtute vtique & spi-
Ioan. 1. ritu, cum is se contra dixisset Heliam esse, personaliter
Matt. 11. vtique in substantia. Accipimus & ex Paulo aliud exem-
19.
Marc. 9.

plum, vbi scribit patres eandem escam spiritalem manducasse, eundem potum spiritalem bibisse, quos tamen nemo concedit, corpore Domini ac sanguine corporaliter, siue in naturali substantia substantialiter refectos, quia nondum incarnatus, nondum ea dederat ad præparationem escæ aut potus magis quàm ad mortem in manus peccatorum, nec adhuc instituerat sacramentũ hoc. Vmbra enim habebat futurorũ bonorũ lex per Moysem data, Gratia autẽ & veritas per Iesum facta est. Amplius ait, Bibebant de spiritali consequente eos petra, Petra autem erat Christus, certè non corporali, sed spiritali figura, cum quo se communicat in sacramẽto noui testamenti, & hoc sic: quia sacramenta noua iustitiam habent perseuerantem, & meritum, & vsum in Christo & Ecclesia. Nec timemus quasi sic nos oporteat duos Christos confiteri. Quod contra timere debent, qui sentiunt esse scilicet Christum in terris personaliter, sicut in dextera Patris sedet: quòd Christum diuidunt, & contra præceptum hĩc monstrant. Qua re fideles abducunt à sensu spiritalis & sacramentalis existentia ac sumptionis. Absque illo præcipuo spiritali Christo nemo potest saluus fieri. Hucusque Valdenses, In quibus hĩc audis Zuinglium, vt in illis antea Lutherum, dogmatistas quantumlibet dissimiles, neq; tam diuersos, quàm hoc certè in articulo aduersos, in quo ab his nihil penè dictũ, quin ab illis prius dictum. Vetera omnia, nouũ nihil, Viclefica & Valdensia vulnera à Constantiensibus obducta refricant, præterea nihil. Idem igitur his quod illis responsum. Siquidẽ Valdenses eundem Christum in cœlo & sacramento, sed aliter atque aliter, quòd primò præferre videtur, esse. Iam nulla forè foret lis. Vtrobique enim & nos quoq; Christum agnoscimus, iuxta Chrysostomi & Ambrosij dictũ prius allegatum, & illic in cœlo, & hĩc in altari plenum existentem. Cuius etiam corpus vno sursum ibi loco esse oporteat, sed localiter, terminis nimirum, formaliter (vt aiunt Dialectici) capis, & visibiliter. Quo se modo tot locis dicebat illò vnde venerat, receptũ in, nec iam cum eis quibus id dicebat, hĩc futurum, in forma vtique humana, & corporea, qua cum eis tunc conuersabatur, præ-

I. Cor. 10.

Hebr. 10.

Ioan. 1.

I. Cor. 10.

Matt. 24.

Marc. 13.

Luc. 17.

Homi. 17.

ad Hebr.

10.

Sententiar.

lib. 4. dist.

10. & 12.

sentia. Nec mirum eum paulò post assumendum ad sui post assumpti tempus respicientē, sic locutum, quando & nondum assumptus, inò necdū passus, sed cum eis adhuc versans, orans patrē, sic dicebat, Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, Cū essem cum eis, conseruabā eos. Suscitatus autem, ad eosdem, Hęc sunt, aiebat, verba quę locutus sum ad vos, cū adhuc essem vobiscū, id est, in carne mortali, in qua estis & vos. Tunc in eadem quidem carne suscitatus, sed non in eadem cum illis mortalitate, adeoque cum illis diebus adhuc quadraginta futurus, corporalis præsentię, non cōsortio infirmitatis humanę. Alioqui non erat cum eis tunc simul assistentibus, videntibus, tangentibus & colloquētib; &c? Nec mortalis ergo carnis cōmunionē, qua cum eis ad passionem vsq; nec præsentiā corporali, qua cum eis ad Ascensionem vsq; suā fuit, qua denique pauperes nobiscū semper fore prędixit, visibili, mūdāna, familiari: inuisibili autem tam in forma seu specie panis & vini opertus licet, quā illic apertus, præsens carnis & sanguinis, non virtute tantum, fructu & merito, sed & veritate, huius sacramenti beneficio præsens nobiscū est vsque ad consummationē seculi, donec redeat. Sic enim in locis, quos isti opponūt, Augustini, Christi veritatē, id est, verum corpus, vbique, vbi nimirum rectē consecratur, esse, nihil verat intelligi. Quod etiā sic intellexerint cum superiore Ambrosij atq; Chrysostomi loco, non ex nostris tantum, sed ex Protestatibus quoq; nonnulli. Quanquā planius est vt fatear, & replicę nedum calūnię, minus obnoxium, vt veritas eius, id est, Diuinitas vbique esse capiatur. Nec enim necesse est nos vnilocitatis vitare Charibdim cupientes, in vbiquitatis scyllam incidere. Quędam vitat aduersarij, vitia in contraria currunt. Quę autem Valdenses hęc aduerbia ab Eucharistia pręscribunt, *personaliter, existenter, ea, allegata* in *Apologia nostra*. Lib. 7. 8. cap. 5. 6. ea etsi totidem syllabis aut literis mihi non occurrunt in patribus, at iis nihilo expressa minus, si non & multò expressiora, & Dominicę humanitatis hęc præsentię & existētię magis expressiua Gręcis Latinisq; Orthodoxis vsitatorum sunt, quā vt ea supprimi negariq; possint, passim scribentibus & prędicantibus de hoc articulo, nobis in his

*Ioan. 17.**Luc. 24.**Beda.**August.**in Ioan.**tract. 65.**Matt. 18.**1. Cor. 11.**Roffen. in**Oecolamp.**lib. 2. cap.**17. 18. 23.**Veritas.**Brent. in**Bullinger.**Vestphal. in**Caluin.**Aduerbia**Eucharisti**ca, allegata**in Apolo-**gia nostra.**Lib. 7. 8.**cap. 5. 6.*

sacris mysteriis verè, non spiritualiter tantùm, aut fide & charitate, quod etiam scripturis contrarium esse produr, sed & reuera, re ipsa, carnaliter, naturaliter, corporaliter, substantialiter, præsentè, præsentialiter, id est, non secundum vim tantum, virtutem, efficaciam, fructus & merita, sed & iuxta carnis & corporis & naturæ humanæ veritatem atq; substantiam, præsentè adesse, offerri, exhiberi, & percipi. Etiam si modus hic sit diuinus, supernaturalis, supersubstantialis, tam Deo eius autori peruius & perfacilis, nedū possibilis, quàm homini intellectu incōprehensibilis, lingua inexplicabilis, nō modò impossibilis. Quæ aduerbia, quæ sunt in veteribus Orthodoxis frequenter obuia, Protestantes, penè omnia, horū etiam & nostri hac in re aduersarij aliqua recipiunt, veterū modernorūq; locis per nos alibi citatis. Et quod Valdenses negare pergunt corpus Dominicū sursum receptū, alibi fuisse, esse, futurū, nec posse quidē, id cœlo quasi carcere includētes, & ita rerū Eucharistiæ in Eucharistia veritatē atq; præsentia cum ascensionis Dominicæ articulo collidētes, vt Diuinæ quoq; omnipotentie articulū, id est, primū & primariū fidei Christianæ articulū tentēt & quodāmodò impellāt, nos ad utrūq; Diuini in quā, Verbi in omnib⁹ verbis suis fidelis, veritatē, & vt sic dicā, veracitatē atq; omnipotentiam, cū priscis patribus prouocamus, qui magno & Catholico cōsensu hæc panis & vini elemēta antè cōmunia. *omnipotentia* verbi fieri veracissimū Christi corpus & sanguinem tradiderūt. Quorum etiā nemo, nec vnus quidē ante Viclesum, idem sensit, aut eiusdē esse formæ scripsit has Domini propositiones, Hoc est corpus meū, & Ioannes est Helias. Ideoq; earū similitudo eadē facilitate quæ a Valdēsis proponitur, a Catholicis negatur. Quòd si & ex loco Pauli Valdenses hīc æquant Hebræorū Mannam atq; Petrā Dominico pani & calici, cum eorundē patrum cōsensu pugnant, imò & corpori ymbra, & veritati figurā, & Mosē Christo, filio famulum æquiparant. De qua quidē patrū & nostrū hac in re distātia, his quæ alibi latè scripsimus in Apologia, locū, qui pōst nobis occurrit ex Chrysost. hīc omnium posse loco sufficere putauim⁹. Obtulerūt, ait, & aliquādo Iudæi Domino Epiniciō,

*Modus.**Cælum, carcer.**Omnipotentia.**Psal. 144.**Cyprian. ser. de cœna.**1. Cor. 10.**Sacramentorū vt testamētorum differentia.**Heb. 10. 3.**Ioan 1.**Lib. 7. cap.**10. 11.**in Psal. 46.*

Exod. 15. Ægyptiorum exercitu in mari demerso, dicentes, cante-
Epiniton mus Domino, gloriosè enim glorificatus est: Sed no-
Christiana strum est multò magis, non Ægyptiis demersis, sed dæ-
Iudaico ma monibus: non Pharaone superato, sed diabolo: non in
gnificētis rubro mari, sed in lauacro regenerationis: non armis
Tit. 3. captis sensilibus, sed sublato vitio: non egredientibus in
 terrā promissionis, sed in cœlū tendentibus: non Manna
 comedentibus: sed Dominico corpore vescentibus: non
 aquam è petra bibentibus, sed sanguinem è latere. Hæc
 ille. Proinde peræquè parum firmum est, quod & aliud
 simile Valdenses hîc afferunt (quanquam sic cùm penè
 ubique, tum hîc ita loquuntur, vt & vix intelligantur) de
 hoc eodem Pauli loco, Petra erat Christus. Quæ cùm om-
 nibus propè Græcis & quibusdam Latinis identica sit,
 (Petra enim non illa saxa & immota, sed spiritualis, &
 Israël in eremo sequens, imò agens atque ducens, co-
 mes & dux, verè erat Christus, qui populum tunc suum
 præcedebat & custodiebat in via) sit & latinis item qui-
 busdam tropica (nam & illa rupes tunc mystica, suoque
 modo spiritualis Christum vtrique significabat) Igitur
 præter variam interpretum super eo Pauli loco exposi-
 tionem, vt maximè Apostoli de petra effatum sit tropi-
 cum, ecquo, quæso, consequo inferas, hæc Christi effa-
 ta, Hoc est corpus meum, hîc est sanguis meus, esse proin-
 de tropica? Pottremò quod opponunt Valdenses, caro
 nihil prodest, nimirum quo Capernaitæ modo intelle-
 xerunt, sumpta & comesta. Ne ergo, vt illi putabant,
 Christus per frustra discerptus, crudus coctusvè mandu-
 cari crederetur, summus ipse sacerdos seipsum pro no-
 bis Patri offerens, sacramentum, quo verè & salubriter
 manducari possêt at bibi, confecit: tradensque discipulis,
 ne in mysterio mysticè, & non propriè vel verè loqui cre-
 deratur, ait, non, futurum prædico: non, absens aliquid
 denuncio: sed H o c, quod præsentialiter do, est corpus
 meum, non figuratum, sed verum: ipsum quod pro vo-
 bis tradetur. Hic est sanguis meus, idem ipse qui pro vo-
 bis effundetur: addens etiam propriè proprium suæ car-
 nis & sanguinis effectum, scilicet in remissionem pecca-
 torum. Cum enim solius Dei sit remittere peccata, cui

*Petra. Chri-
 stus.*

Ioan. 6.
*August. tra-
 ctat. 27.*
Alger. li. 1.
cap. 12.

H O C.
 C O R P V S.

meum, non figuratum, sed verum: ipsum quod pro vo-
 bis tradetur. Hic est sanguis meus, idem ipse qui pro vo-
 bis effundetur: addens etiam propriè proprium suæ car-
 nis & sanguinis effectum, scilicet in remissionem pecca-
 torum. Cum enim solius Dei sit remittere peccata, cui

foli peccatorum deberet remissio : cuius nisi ipsius Dei corpus ab sanguis posset remissionem peccatorum operari? Certissimo igitur sui Christus sanguinis privilegio, veritatem carnis & sanguinis sui astruxit in mysterio (Eucharistiæ sacramento) in quo testificatur nobis Dominus, quod corpus suum accipiamus & sanguinẽ, num debemus de eius fide & testificatione dubitare? &c. Ad id denique Domini, quod nec Valdenses omittunt, Verba quæ locutus sum vobis, Spiritus & vita sunt: Quid est spiritus & vita sunt? Spiritualiter intelligenda sunt. Intellexisti spiritualiter? Spiritus & vita sunt. Intellexisti carnaliter? Etiam sic illa spiritus & vita sunt, sed tibi non sunt, Sic utique intelligenti carnem Domini quomodo in cadavere aut in macello concisam credentibus erogandam. Quid igitur vnus pro multis, vnus pro vniuersis Petrus? Verba vitæ æternæ habes. Vitam æternam enim habes in ministracione corporis & sanguinis tui. Ut nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei vini, id est, quia ipsa vita æterna tu es, & non das in carne & sanguine tuo, nisi quod es, hæc Augustinus. In quibus habes obiter dogma quod vocant, concomitantia, quo totus Christus, & totum quicquid Christi est, nobis in his mysteriis & adest, & datur, & sumitur, iuxta illud Ambrosij consequium, In illo sacramento Christus est, quia corpus est Christi. Et alibi, Cùm celebranda est oblatio, tunc utique paratus assiste, vt corpus edas Domini Iesu, in quo remissio peccatorum est, Sulcipe antè Dominum Iesum tuæ mentis hospicio, Vbi corpus eius, ibi Christus est, &c. Ibi ergo, in Eucharistia inquam, Christi corpus & sanguinem, adeoque Christam totum, quem verè sumimus, non adoraremus? Nihilnè igitur de hac tandem adoratione Valdenses? Hæc enim est præcipua huius sylvæ materia. Imò permulta, sed cū superioribus parum conueniẽtia, vt error est vellua multiceps, & siquidem locis posterioribus, quibus in sacramento Domini corpus, adeoque Dominum ipsum personaliter adesse negant, ibi colendum negarent, errorem quidem, sed errori suo conuenientem facerent, & sibi constarent. At verò cum prioribus etiam locis, quibus

*Privilegiũ
c. Et 5. Do-
mini.*

*Ambros. li. 4.
de sacramẽ.*

cap. 5.

Ioan. 6.

August.

*Concomi-
tantia.*

*De myste-
riis ca 9. In
psal. 118.*

ser. 8. ver. 6.

*Valdens. de
Eucharistia
veritate in-
constãtes de
cultu con-
stantes.*

panem nihil immutatum naturale Christi corpus esse profitentur, & id, verum inquam, Christi corpus ibi esse, ibi præsens, ibi tamen in sacramento haud dubiè, id adorandum negant, quomodò non pugnantia dicant? Nam quo locorum ex eis præallegatorum primo credere se scribunt reuera panem acceptum, fractum, benedictum, Christi esse corpus, subiiciunt, Christum redemptorem nostrum veritu eius disfluasi, & præcepto eiusdem astricti, cultu, honore sibi digno colimus: aliud venerari què admodum ipsum solum in dextera residentem cum Patre & Spiritu sancto vehementer metuimus, &c. Hæc illi. Et verò nos non aliud, nec alium in cælo, alium in sacramento adoramus, sed vnum eundem ipsissimum vtrobi- que Christum, quoniam secundum paulò antè dicta, vbi Christi corpus, ibi totus Deus homo Christus. Pergunt autem, & se ipsi non procul in confessione sua, quod de fortuna quidam cecinit,

Tantum constantes in leuitate sua.

- Dialectica
negativa.* Sic exponunt, Quod nobis ab autore Christo iussum est obseruari, id duntaxat erga hoc sacramentum facimus: quod minus est imperatum, nos in eo morem non gerimus. Mandatum autem est credere, sumere, manducare, eoque memoriam beneficiorum eius facere: Colere autem sacramentalem subsistentiam corporis & sanguinis nullum iussum est credentibus traditum. Nam discipulis discumbentibus vtendum dedit, Cui obtemperantes comederunt & biberunt sine cultu eiusdem sacramenti. Ij porrò eorūque successores diu per domos fidelium incedentes, panem frangentes, & cum lætitia suscipientes, nullam tali sacramento venerationem exhibuerunt, nec sic tamen errantes, nec hæretici fuerunt, personalem potius Christi subsistentiam in dextera Patris venerati. Veris enim maiestatis diuinæ cultoribus vtroque mandatum testamento, Christum verum Deum & hominem non in sacramentali existentia, sed in naturali & personali subsistentia in dextera genitoris sui colere adorareque: veteri quidem illo, Dominum Deum tuum adorabis, & ei soli seruias: Nouo autem hoc, Deus illum exal-
- Traditum,
licet nõ scri-
ptum.*
- Apostoli a-
dorauere
rem, non si-
gnum.*
- Act. 2. 4.*
- Negatiua
hæc ad pro-
babitur.*
- Deut. 6.*
- Phil. 2.*

tauit, dedit ei nomen super omne nomen, ut in eo flectatur omne genu cœlestium, terrestrium, infernorum, & omnis eum lingua confiteatur in dextera Dei patris esse. Quod & incarnata veritas corroborat, ut, inquit, homines, sicut Patrem honorant, sic honorent & Filium. Patrem autem hinc nemo in creatura, sed in cœlis veneratur, Ut oratio à Christo edita testatur, Pater, inquit, noster qui es in cœlis. Quem gentium doctor amulatus, flectio, ait, genua ad Patrem Domini nostri Iesuchristi. Pari ideo honore ac cultu cum Patre filium etiam venerandum esse tali quoque ratione admonemur: *Christus enim in terris conuersans, omni licet honore dignus, homines, ut eum hinc colerent, minimè cogebat, sed suam apud Patrem suum clarificationem optauit, quam se ante mundi constitutionem habuisse enunciauit, ut illic à veris cultoribus post Ascensionem suam residere fateatur, & illic etiam adoreretur. Aliter se in eipso habere vel facere utroque prohibet testamento: veteri quidem, Non facies, ait, tibi sculptile, nec imaginem (similitudinem) ullam earum rerum quæ sunt in cœlo, nec in terris, nec in aquis: non adorabis ea neque coles. Nouo autem, Venient, inquit, multi, & dicent, Hic est Christus, aut illic: ne credatis, neque exeatis, neque sequimini, quoniam personaliter in naturali sua substantia nunquam nisi ad iudicium est descensurus. Quod & Catholico approbatur articulo, Ascendit ad cœlum, Sedet ad dexteram Patris inde venturus iudicare vivos & mortuos. Et in excusatione, quo iidem loco hunc panem credunt esse corpus Christi post consecrationem, & corpus Christi ibi esse (sic enim loquuntur, & hanc fuisse primitiæ Ecclesiæ fidem. Subiiciunt, Et ea non errauit, & non fecit huic sacramento reuerentiam: quia illo tempore exemplo CHRISTI sedentes statim acceperunt. Et paulò post, Hoc sacramentum corporis & sanguinis sui CHRISTVS non dedit ad venerationem, ut ibi adoraretur, cum quo in superioribus sedet, adorari debet cum Patre & Spiritu sancto. Nec ita post eadem & per eadem, omnia peccata superiora reperunt, addentes, Si crederemus*

*Ioan. 5.**Mat. 6.**Ephe. 3.**Ioan. 17.**Exod. 20.**Leuit. 26.**Deut. 5.**Mat. 24.**Marc. 13.**Luc. 17.**Christum in**Eucharistia**non idolum**adoramus.**Nec ad eam**hunc descen-**dere doce-**mus.**Et à sedentibus**adorari**potest.*

*Mec nos ea
dem esse mo
do credimus*

*Manduca-
uerunt Et a-
dorauerunt,
Psal. 21.
Aug. supra.
1. Cor. 10.*

*Christus i-
dem utrobi-
que, nō diui-
sus, sed unita-
ter atque a-
liter.*

*Ratio antè
reddita est.
& post ad-
huc reddenda.*

corpus Iesu in sacramento cum eiusmodi existentia, si-
cut est ad dexteram Dei Patris: certum est quòd nos re-
bellantes venerationi huius corporis, essemus etiam con-
trarij nobis in adoratione. Sed credimus quòd panis &
vinum est corpus & sanguis Christi in existentia benedi-
ctionis, factis solùm ad sumptionem, & vsum, & memo-
riam: Quia si Dominus corpus & sanguinem suum ex-
penderet in huiusmodi forma, sicut nunc credunt esse
sub sacramento: profectò suos non neglexisset, sed ma-
nifestasset Apostolis, vt surgentes primùm venerarentur,
deinde sumerét. Si tunc noluisset, postea tamen S. Paulo
mandasset, qui de eo mandatum à Domino accipiès, non
fecit mentionem, sed pramonuit Corinthios, vt nō Ido-
lolatrent. Et non reliquisset sic primos Christianos in
ignorantia multis seculis, quod nostri ex sola consuetu-
dine inducti hoc fecerunt, quam videntes, postea confir-
marunt propter obedientiam Rom. Pontificis. Nec pro-
cul à fine responsionis ita scribunt, Qui Christum in ter-
ris personaliter esse sentiunt, sicut in dextera Patris sedet,
ij Christum diuidunt, & contra præceptū hīc monstrant.
Mox quæstionem eis antè factam, qua interrogantur, si
idem Christus adsit, quem sub sacramento corporis &
sanguinis se simulant nobiscum credere, vel si est diffe-
rens ab illo qui sedet ad dexteram Patris. Si ille est, qua-
re non venerantur hunc vt illum (vel melius, Si idem v-
trobique Christus est, cur eū non hīc vt illic veneratur?)
hanc, inquam, quæstionem in facientes sic retorquent,
Estnè ibi idem Christus, quem sub sacramēto esse simul
nobiscum dicunt, an ab illo qui sedet ad dexteram Pa-
tris distinctus? Si est idem verus Deus & homo, substan-
tialiter & naturaliter in s. sacramento, & in fidelibus sacer-
dotibus, vel aliis hominibus id & Christum in eo sumen-
tibus, nec diuisus ab eo qui in cælis est, cur eum non ve-
nerantur & adorant in homine, sicut in sacramento &
ad dexteram Dei? Et certè plus hoc facere deberent ex
præcepto fidei, quia digniore modo est in homine quàm
in sacramento: in sacramento enim propter hoc est ad
tempus, vt eum sumant homines cum reuerentia, nō so-
lùm ad tempus, sed in perpetuum, sicut dici potest & cō-
firmari

firmari ex verbis Christi dicentis, Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Haecenus aduersus Eucharistiae cultum Valdenses. *Ioan. 6.*

Quæ quia moderni nouatores (vt ad eos quoque tandem aliquando veniamus) ad verbum sua fecerunt, nos præter superiora scholia, locis quibus breuiter satisfactum iri posse putauimus, breuiter affixa, & vbi simpliciter, nullaque probatione proposuerunt, eadem nos simplicitate absque probatione negauimus, nostra etiã faciamus nostratum, hoc est, Catholicorum recentiorum ad illos & ad illorum probationes responsa. Adeò enim hæc Valdensia ab iis quæ paulò post tradiderunt hac de re nõ sacramentarij tantum, sed quidam etiam Lutherani, aliena non sunt, vt ab eis hæc ad verbum accepisse videatur, nos sua in eos argumenta, quæ totidem penè verbis cum Valdensibus recitant, totidem quoque propemodum cum quodam ex nostris doctissimo retorquemus. Sic enim, vt *Roffen. in Oecolamp. lib. 1. cap. 2.*

si corporis & sanguinis Dominici in Eucharistia cultus & latria esset idololatria, vel vt quidam eorum loquitantur, artolatria, tota ita inquã, Ecclesia annis iam plus mille quingentij idololatra fuisset, ac proinde omnes ad vnũ damnati, quotquot ante nos, minime patrum catholicorum prohibente, Christum in hoc sacramento adorarunt. Quæ idololatria cū longè grauior esset quouis sacri symboli abusu, mirum quòd ex innumeris qui eam commiserunt, Christicolis, in neminẽ Deus animaduernerit, qui leuiore alioqui rerum sacrarum violationes tam seuerè vindicari. Tandiu passus sit Ecclesiam adeò crassè errare, vt hæc creaturam vice ac loco creatoris, merũ panem pro vero Christo tot seculis cum tanta hominũ adorantium perniciose adorarit. Neque verò sic auelluntur fideles ab adoratione Patris, aut ab ea subducuntur, seducuntur-ue, qui filium in sacramento adorant. Adorandum in cælo Dominum nemo negat, sed & eundem in Eucharistia etiam præsentem, imò vbiunque fuerit seu adfuerit, non solum fatemur, sed etiam profitemur. Si quod repererunt Concilij decretum in ea Christum vetantis adorari, pro-

Roffen. in Oecolamp. lib. 1. cap. 2.

18.

30.

Proem. li. 3. Et ca. 15. Lib. 1. c. 15. 20. 22.

Lib. 3. ca. 5.

ducant. Nam vt Deum , qui in cœlis est , adorare nemo vetat , ita cum eundem in sacramento certò pariter esse credamus, meritò impietatis argueremur, nisi pariter hîc eum quoq; adoremus, corpus videlicet Deitati hypostaticè vnitum , & totum verè sub vtraque specie sese nobis exhibentem Christum. Cuius in his mysteriis cultus & adoratio , latria est , & ad primum legis Dei præceptum pertinum, vt constat ex Græcis liturgiis ita, respice, Deus, super hanc nostram latriam, & hanc acceptam habeas, vt accepta olim habuisti Abelis munera , immolationes Abrahamæ, Moyfi, Aaron, Samuelis pacificas , & sacerdotum sacrificia, & quemadmodum cœpisti ab Apostolis veram hanc latriam, ita hæc ex nobis dona peccatoribus accipe, &c. Angeli sanè tot mirabilibus circa hoc sacramentum factis, vel moliebãtur populi hac de re fidem augere, vel nimis stupidi, cum hæc operentur miracula, periculù minus aduertebant, ne populus pro creatore creaturam adoraret. Et huius Idololatriæ quã redderent ratione patres, qui Christum ibi & adorarunt, & adorandum scripserunt?

Lib. 2. c. 20
Basil.

15.
Angeli.
Miracula.

Proem. li. 4

Lib. 1. c. 19.
20. Diale-
ctica negati-
ua inefficax.
Psal. 21.
Act. 2.

Lib. 3. ca. 5.

Quid quòd iustorù argutia meris insistit negatiuis? Non legitur, non traditur in scripturis Apostolos adorasse. Respondemus adeò stupidos non fuisse , vt cum Christum ipsum coràm cernerent, eo relicto, signum adorarent (at rem ipsam iuxta præmissa, manducarunt & adorauerunt, &c) Erant (aiunt isti) perseuerantes in doctrina Apostolorum, communicatione, fractione panis , & orationibus. Quid tum? An ex hoc loco volunt nullam eos huic sacramento reuerentiam exhibuisse? An non reuerenter & Apostolicam doctrinam audiuerunt , & inter precandum se gesserunt? Quid ergo de interposito dubitandum, quin hoc sacramentum ab Apostolis distributum cum reuerentia primitiua illa Ecclesia communicauerit? Rursum, non credimus, inquit, Christum soluisse legem de adorando Patre in spiritu , & adoratores ad carnem suam transmisisse, à qua semper reuocarit. Respondetur, Si Christus in carne, etiam diuinitati personaliter coniuncta non est adorandus, cur toties in ea seipsum permisit adorari, & ipsum adorantium tam sæpe fidem laudauit? Nam quod vrgent de adorando Christo sic in

homine, ut in sacramento, Nos uti non adoramus exter-
 nam panis & vini speciem, sed presentem sub vtra- *Aliter respō*
 que I E S U M, ita siquidem de quoquam certi essemus, *sum li. I. ca.*
 quod cum haberet in pectore, qui in eo prohiberet,
 non hominem, sed in homine presentem Christum a-
 dorare? Nam verba illa Domini, Ecce hīc ecce illic, ni- *Ecce hīc,*
 hil minus quam hūc spectant, sed fugiendas hāreti- *Illīcve, li. 5.*
 corum sectas, & schismaticorum falsa dogmata, qui *cap. 31.*
 Christum, id est, germanum verborum eius sensum
 in Catholica esse negantes apud se suosque supplices,
 in angulis & conciliabulis suis falsō ostendunt. Hāc il-
 le Catholicus ad superiora Valdensium, vel potius quia
 eos non nominat, ad modernorum, in quibus illi re-
 nati quodammodo sunt, argumenta eatenus sui simi-
 lium, quod ut Christi in his sacramentis presentiam,
 ita cultum non inconsequenter negare videntur. Incon-
 sequentissimē verō, ut sic dicam, alij, qui Christum ve- *Alber. Pig.*
 rē hīc & realiter adesse nobiscum contendunt, & con- *controne. 8.*
 tra nos adorandum peræquē ut illi, negant, Non est hīc
 aiunt, ut adoretur, sed ut manducetur à fidelibus. Et
 nusquam legimus in scripturis hīc coli se nec adora-
 ri velle. Omnis autem cultus, Deo, nullo eius verbo,
 quo sic à nobis coli se instituerit aut exegerit, exhibi-
 tus, est idololatrius. Respondet alter aduersariorum
 antagonista acerrimus. Ergo idololatræ fuerunt Ma-
 gi, qui procidentes. C H R I S T V M in cuius, mater- *Mat. 3. Ma-*
 nōve sinu adorarunt, quasi non ad hoc incarnatum *gi de qui-*
 ut adoraretur hīc in mortali corpore, sed ut conspuere- *bus antē ex-*
 tur, cæderetur, crucifigeretur, qui ministrare, non mi- *Chrysost.*
 nistrari venerat, cuiusque cultus hic nullo expresso ex *Theodo. 8.*
 scripturis, quod isti proferre possint, verbo à Magis *Matt. 20.*
 fuerit exactus. Si presentem C H R I S T V M corpora- *Mar. 10.*
 libus oculis viderent aduersarij, ut hīc eum in terris *Luc. 22.*
 adhuc agentem in corpore primitus mortali, deinde
 glorioso viderunt discipuli alijq; neque dubitarent eum
 verē esse quem viderent, qua ei cunque demum causa
 placeret se illis ostendere, an tamen sic quoque dubita-
 rent eum adorare? An verō potius eundem fortasse an-
 tē interrogarent, an ab eis adorari vellent? Hoc certē

Psal. 4.
Sic antè
Chrysoſt. cõ
tra Anome-
ros.
Matt. 7.
Mar. 15.
Luc. 23.
Pſal. 96.
Hebr. 1.

docet diuini vultus lumen super nos signatum, vt numen diuinum, vbicunq; ſingularem eius præſentiam perfeſtiſcimus, adoremus. Quid igitur ij dubitant Chriſtum in Euchariftia nobis quaſi familiarius ſe ingerentem, oſtendentem, apparentem, adorare? in qua certioribus fidei quàm carnis oculis tam verè præſentem vident, quàm in matris erat gremio, cum adorabatur à Magis, quàm cum in cruce pendens, à Centurione Dei filius, nedum homo iuſtus agnitus coleretur, quàm nunc ſedens ad dexteram ab angelis indubiè adoratur. Hæc ille ſolidè, meo quidem iudicio, atq; conſequenter. Vt igitur Chriſtus etiam hîc ſeu adhuc in mundo ſe adorari non compulit, quo odioſo ſanè verbo minus ſanè Valdendes, ſed nec vetuit, imò ſæpius admittit, à Matre primùm, quæ quem genuit, adorauit: A. Magis, Matt. 2. à leproſo, Mat. 8. Mar. 1. Luc. 5. ab Archiſynagogo, Mat. 9. Mar. 5. Luc. 8. à dæmoniaco, Mar. 5. Luc. 8. à Chananæa, Matt. 15. Marc. 7. à diſcipulis, Matt. 14. à cæco nato, Ioan. 9. à matre filiorum Zebedæi, Matt. 20. & quidem adhuc mortalis. Suſcitatus autem, à mulieribus & vñdecim Apoſtolis, Mat. 28. & cœlũ aſcendens, Luc. 24. Deum autem vnitrinum in omni loco dominationis eius, nedum in cœlo benedicimus, oramus & adoramus, Pſal. 102. Soph. 2. Matt. 1. Ioan. 4. 1. Timot. 2. monitũ & interdicitum, vt ne hîc eum aut illic oſtendentibus credamus, dicimus ſuo eos more facere, hoc eſt, ſcripturæ cõtortas & alienas, & nihil ad rem facientes expoſitiones afferre. Conſtat enim ex huius apud tres Euangelistas textus circumſtantiis, Dominũ de ſectis futuris tum præmonuiſſe, ac ſectaris, quales ſtatim poſt Chriſtũ extiterunt, qui ſe aliquos, magnos, Chriſtos etiam dicerent, Theudas, Iudas, Simon, & nescio quis Ægyptius, & in vrbis ſanctæ obſidio tres illi totidem factionum principes, zelotæ, turbas poſt ſe trahebant, & in vnuerſum hæretici, quorum primus Simon Magus, extremus eſt Antichriſtus, falſi peruerſique magiſtri, quorum dogmata vt ſunt particularia, ſic particularia obtinent loca, cum doctrina Chriſti vt catholica eſt, ita totum orbem complectitur, & ab orbe toto amplexa eſt. In horum ergo neque partibus, neque doctrinis morandum. Quem locũ nihil im-

Ecce hîc,
aut illic.
Sectæ & ſe-
ctarij.
Act. 5. 8. 21
Hie.
Bed.
Aug.

pedit, quin ut D. Augustinus Donatistico, ita hodierno *De unitate*
 schismati, pauculis immutatis citra vim ullam sic accom- *Eccles. ca. 3.*
 modemus. Tam multis enim hodie clamantibus, Ecce *10. 20.*
 hic apud nos Iesus: aliis verò reclamantibus, ecce illic,
 procul, aut etiam propius, vel in profundo Alpinarum
 gentium deserto, vel in mediis Germaniæ penetralibus,
 vel in penitus toto diuisis orbe Britannis, vel in Gehen-
 næ cubiculis, quasi vbi non magna sit multitudinis fre-
 quentia, vel in Gallicis etiam conuenticulis, Aliis deniq;
 aliò vocantibus & reuocantibus. Sic autem vniuersis Ie-
 sum, cum sit vnico, ut ait ille, magis vnicus, sibi arrogan-
 tibus, ut aliis eū præter se, omnibus abrogēt, eccui quæso, *Christus v-*
 crederemus, quàm dicenti, ne credideritis? Quem seque- *nico magis*
 remur, nisi mouentam, ne sequimini? Quò exiremus? an *unicus.*
 non potius audientes, nolite exire, quicquid alij vnde-
 cunque contrà afferant, in corpore, in toto, non in aliqua
 terrarum parte, sed vbique diffuso, cunctis conspicuo &
 notissimo remaneremus? Ergo siue in scripturis canoni- *Orige. tra.*
 cis, omnium vbique consensu receptis, quasi in domibus, *29. in Matt.*
 siue extra scripturas, aut in scripturarum inauditis expo-
 sitionibus, qualis est hæc Valdensium, & qui eos hodie
 sequuntur, aduersus Eucharistiæ cultum torta & tortuo-
 sa, quasi in solitudine, Christum contra Christum
 ostentent, nos eis credere non debemus, nec à fidei
 regula, aut prima & Ecclesiastica traditione,
 qualis est hæc de sacræ Eucharistiæ cul-
 tu, exire, & non aliter inquam, cre-
 dere, nisi quemadmodum Dei
 nobis tradiderunt Ecclesiæ,
 hic sit ergo Valdensium,
 & ita veterum huius,
 cultus hostium
 tandem
 finis.

V ij